Jo: Pauly Gorangettis Mo

IOSEPHI
STEPHANI VALENTINI
EPISCOPI VESTANI
DE OSCVLATIONE PEDVM
ROMANI PONTIFICIS
AD S.D.N. SIXTVM V. P.O.M.

Adiecta eiuſdem Auctoris diſputatione de Coro natione, & Leuatione, ſeu Portatione Papæ.

Omnia nunc ex repetita prælectione, multis ex partibus locupletata & aucta, & ab Hæreticorum calumnijs, pluribus argumentis, Patrum teſtimonijs, & traditione defenſa.



IOTECA NAZ
ROMA
ORIO EMANUE

ROMAE, Ex Typographia Titi & Pauli de Dianis, fratrum. M D LXXXVIII.

Ex auctoritate Superiorum.

SANCTISS. D. N.

SIXTO QVINTO PONT. OPT. MAX.

EDIDERAM ab hinc annis vndecim B.P. librum hunc ſatis per exiguũ, nec ſatis meis euigilatum cogitationibus, licet in eum quicquid ex variis ac melioris notæ auctoribus colligere potui, laboriosè contuleram. Sed cum beneficiorum tuorum ma-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

gnitudine, in eam quam nec ſperare, nedum quidem cogitare poteram dignitatem, euectus fuiſſem; cœpi interim, per otium quod augurabar, hæc ipſa accuratius multo perpendere, & quam turpiſsime hæretici, ſumma aduerſus nos diſſenſione certarent, copioſius demonſtrare. Contigit autem mihi quod haud ſcio, an nemini, vt per integrum fere biennium ob incertos euentus valetudinis, alioſq; labores & incommoda, quæ libenter pro Chriſto pertuli, a toto ſtudiorum genere diſiungerer. Nunc vero paululum recreatus, & B. V. beneficio ſtudiis reſtitutus, iterum animum ad veterem cogitationem deduxi, & quicquid reliquum erat huius iam inchoati operis, hic Romæ abſolui. Optarem nunc quidem maxime, mihi eadem contigiſſe, quæ generoſis animis &

ab

ab ſtudiorum cogitatione relaxatis ac liberis, plerumq; euenire ſolent. Qui nouis auſibus excitati, ac veluti per inertiam, interdum ad veritatis ſtudium acrius eriguntur: Haud profecto agris abſimiles, qui cum multos annos inculti ac derelicti quieſcunt, vberiores fruges efferunt. Quod facile te auctore B. P. fieri poſſe arbitror; cum in tuis maximis curis, huic etiam cogitationi inuigiles, vt veſtris Typis, veterum Patrum monumenta, ex manuſcriptis exemplaribus inſignis Bibliothecæ Vaticanæ, quæ Sixti IIII. tui prædeceſſoris diligentia omniũ librorũ mirabili copia ſtructa eſt, nunc vero tua liberalitate in cõmodiorem locum ſplendide commutata, & magno librorũ numero ornata & aucta; quam emendatiſsime prodeant: vt quæ in illa tamquam in Theſauris ſcientia-

rum omnium recondita latebant, tuo beneficio ad totius orbis vtilitatem excudantur. Vale, Romæ Idibus Martii. M.D.LXXXVIII.

Sanctitatis Veſtræ

humillimus ſeruus

Ioſephus Epiſcopus Veſtanus.

LECTORI.

Irtvtis præmium ab illis quos docuerat, exoptabat Thales Mileſius quod virtutis eſt propriũ, quodq́; dignum eſt viri ſapiẽtis grauitate, atque conſtantia. Satis, inquit, mihi mercedis fuerit, ſi id quod à me didiciſti, cum proferre ad quoſpiam cœperis, tibi non adſciueris, ſed eius inuenti me potius quam teipſum, aut alium auctorem prædicaueris. Pulchra quidem merces, ſed haud ſcio an nunc eam ab hominibus huius temporis impetrare potuiſſet. Dicam quod res eſt, vt liberaliter cum eis agam, qui in controuerſiam veritatem ipſam vocare voluerũt. Nemo eſt qui ignoret, à me ab hinc vndecim annis huius argumenti librum excogitatum, & inuentum fuiſſe. Qui cum rei nouitate, &

operis varietate delectaret, primum Venetijs, deinde Coloniæ apud Maternum Cholinum, iterum Venetijs inter tractatuum volumina, meo nomine æditus fuit. Et vt ſolent parentes ſuos partus non expoſitos, ſed domi natos tueri; ſic ipſe quamplures huius rei cauſa velitationes exercui, aduerſus multos diſceptaui, multorum etiam conſultationibus ſatisfeci, nihil denique omiſi, & ſtudij, & operis, vt eos qui hanc à maioribus traditam conſuetudinem inimice inſectabantur, verbo, & ſcripto repellerem. Interim cum Sixti V. beneficio Epiſcopus Veſtanus renunciarer, vt Bochini, aliorumq; improbitati reſponderem, coactus ſum iterum, ex repetita prælectione, cauſam apud eos agere, qui nulla animi perturbatione, ſed veritatis ſtudio ducebantur. Quæ dum Vrbe abſens agerem, neſcio qui ſibi paululum liberius blandientes, & nomine, & titulo delectati, quæ à me multis laboribus exhauſta; & diligenti ſtudio, multorumq; auctorum relectione conquiſita fuerant, ſibi adſcribunt: & licet non eadem facie, eodem tamen titulo, eiſdemq; ſententijs & rationibus vtuntur pro ſuis. Quod libenter planè pertuli, illud tamen non æquo animo, cum hoc ſcribendi genere, & ſcripta, & auctores violari viderentur. Accedit huc, quæ olim minus emendate typographi incuria ædita erant, illos quoque inemendate, vt facile criminis reos agnoſceres, in ſua ſcripta tranſtuliſſe. Omitto alios qui

lon-

longas de hac re digreſſiones ſuis ſcriptis adjunxerunt, & ne dum quidem ſententias, verum etiam verba, ſuppreſſo tamen meo nomine typis mandarunt. Sed quid facies his hominibus? ſic mores ſunt, ſic conſuetudo: neſcio tamen an bonis artibus conquiſita. In hoc tamen libenter gaudeo, eandem veritatem à multis confirmari; nouis optarem rationibus, quæ ſi non ſuppetunt, gaudeo tamen ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem, Romanæ Eccleſiæ dignitatem extolli. Vale.

Elen-

QVID Adorationis nomine apud populos ſignificatũ fuerit, apud quos ea viguit conſuetudo, vt alij manus, nonnulli pectus, multi Principum pedes ad oſcula retulerint. cap. 1. pag. 1
Ioannes Cuſpinianus Diocletiani exemplo, adorationem pedum Romanis Pontificibus delatam affirmat, eamq́ temere impugnat. cap. ij. 9
Imperatores non ſolum adoratos, ſed illorum quoq́ imagines, apud omnes Chriſtianos, maximopere cultas fuiſſe. cap. iij. 16
Ex Eſaiæ oraculis facile colligi poſſe, multa ex gentium conſuetudine in Eccleſiam, ad eius amplitudinem indicandam, fuiſſe translata. c. iiij. 22
Ex varijs Prophetarum vaticinijs comprobari, Romanis Pontificibus pedum oſcula deferenda. cap. v. 34
Veterum Patrum exemplo conſtare, præſtantiſſimis viris adorationis cultum exhibendum. cap. vi. 38
Ex Chriſti Dei Opt. Max. imitatione & exemplo, pedum oſcula Pontifici deferenda. cap. vij. 42
Apoſtolis ex Chriſti imitatione cultum hunc exhibitum fuiſſe. cap. viij. 52
Apoſtolorum imitatione, hunc adorandi cultum Epiſcopis, qui Apoſtolorum locum tenent, delatum fuiſſe. cap. ix. 60
Excellentiam dignitatemq́; perſonæ eſſe in cauſa,

cur

cur ſæpe maiores amplexu & pedum oſculatione colantur. cap. x. 67
Olim delinquentes dum peccatorum veniam poſtulabant, ſacerdotum ac laicorum pedes ad oſcula retuliſſe. cap. xi. 72
Obedientiam quæ propriè Romano Pontifici debetur, eſſe in cauſa quamobrem omnes Principes ad eius pedes exoſculandos accedãt. c. xij. 80
Imperatores Germanorum, vt dignitatem Eccleſiæ Romanæ indicarent, obedientiam polliciti ſunt Romano Pontifici. cap. xiij. 90
Quid per obedientiam, quam Reges pollicentur Romano Pontifici intelligendum ſit, & ad quæ obſequia præſtanda, hac voce obſtringantur. cap. xiv. 95
Regia inſignia à ſacerdotibus conferri ſolita, & vna cum illis ius legitimum Imperij. c. xv. 99
Epiſcopis ſuo iure conuenire, vt omnes homines eis capita ſubmittant, & ſacras manus oſculentur. cap. xvi. 110
Imperatores tam Græcos quam Latinos, oſcula ſolius Pontificis pedibus impreſſiſſe. c. xvij. 126
Iure optimo à Romano Pontifice ſandalia cruce inſignita geſtari, aduerſus Papirij Maſſonis calliditatem. cap. xviij. 144
Rationes Hæreticorũ diſſoluuntur. cap. xix. 158
De leuatione, ſeu portatione Rom. Pont. cur Romanus Pontifex humeris deferatur. pag. 170.
De Coronatione Romani Pontificis. pag. 176

Index

INDEX LIBRORVM

Quorum opera ad aliquid euertendum, vel confirmandum vſus eſt Auctor.

A

ABdias.
Acta S. Syluestri.
Acta Marcellini Papæ.
Acron.
Ado Viennenſis.
Ado Treuerenſis.
Adrianus Papa primus.
Aeneas Syluius.
Aimoinius hiſtoricus.
Alcuinius.
Alredus hiſtoricus.
Amalarius.
Ammianus Marcellin⁹.
Ambroſius.
Anſelmus Lucenſis.
Anſelmus Cãtuarienſis
Anaſtaſius Imperator.
Anaſtaſius Synaites.
Anaſtaſius Theopoleos
Angelomus Monachus
Antiochus.
Anacletus Papa.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Antonius Auguſtinus
Antonius Bonfinius.
Andreas Cæſarienſis.
Apuleius.
Aquila.
Arnobius,
Artemidorus.
Athanaſius.
Athæneus.
Auguſtinus.
Auguſtinus Eugubinus.
Aul. Gellius.
Aurelianus Epiſcop.
Auſonius Gallus.

B

BArtholomæus Monachus
Baſilius.
Benedicti Regula.
Bernardinus Corius.
Bernardinus Miedes

Ber-

Bernardus.
Blondus.
Briſſonius.
Burchardus.

C

Caldeus Paraphraſtes.
Capitolinus.
Caroli Magni Epiſtolę.
Carolus Sigonius.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Cæſar Coſta.
Cæleſtinus Papa I.
Cælius Pannonius.
Chryſoſtomus.
Claudianus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Codex Iuſtinianus.
Codex Theodoſianus.
Cornelius Tacitus.
Cyprianus.
Cyrillus Hieroſol.
Cyrillus Alexand.

D

Damaſcenus.
Damaſus Papa.
Deus dedit.
Diadochus.
Dion. Chryſoſtomus.
Durandus.

E

Ennodius.
Epiphanius.
Epheſina Synodus.
Etymologicum Græcum.
Eunapius Sardianus
Euſebius Cæſarienſis.
Euripides.
Eutropius.

F

Feſtus Pompeius.
Florentin. Synodus.
Fortunatus Presbyter.
Franciſci Petrarchæ epiſtolæ.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Ioannettus.

Ful-

Fulgentius.

G

Gabriel Batus.
Galatinus.
Gangrenſis Synodus.
Georgius Cedrenus.
Gloſſarium.
GothfridusViterbienſis.
GregoriusNazianzenus.
Gregorius Papa I.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Thaumaturgus.
Gregorij 7.regeſtrum.

H

Henrici 4. Epiſtolæ.
Herodianus
Hermoldus.
Hermanus Comes.
Hieronymus.
Hieronymus Curita.
Homerus.
Honufrius Panuinus.
Hybrias Cretenſis.

I.

Iacobus Cuiacius.
Iacobus Vuimphe.
Innocentius.3.
Ioannes Curopalates.
Ioſephus.
Ioannes Climax.
Ireneus.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſidorus Peluſiota.
Iuuenalis.
Iuſtinus Martyr.
Iuo Carnotenſis.

L

Lampridius.
Latinus Pacatus.
Lazius.
Leo Papa.
Leontius Cyprius.
Leo ix.
Leo de Caſtro.
Leontius Epiſcopus.
Liberatus.
Lipomanus.
Luithprandus.
Lucretius.
Lucifer Calaritanus.

M.Tu-

M

M. Tulius Cicero.
Martialis.
Martinus Polonus.
Marianus Scotus.
Matthæus Blaſtares.
Maximus Taurinenſis.
Metaphraſtes.
Micrologus.

N

Nicolaus Primus.
Nicolaus Neapoleos.
Nicephorus Calliſtus.
Nicephorus Gregora.
Nicetas.
Nicena Synod. 1. & 2.
Non. Marcellus.
Nonnus Ponopolites.

O

Optatus Mileuitanus.
Origenes.
Ordo Romanus.
Otho Friſingenſis.

P

Paulus Diaconus.
Paulus Aemilius.
Paulinus Nolanus.
Paſchalis Epiſtolæ.
Panegyrici incerti.
Petronius Arbiter.
Petrus Damianus.
Platina.
Plinius.
Plautus.
Plutarchus.
Philaſtrius.
Philo Hebræus.
Pontius Diaconus.
Pontificale Romanũ.
Pollux.
Pomponius Lætus.
Photius Patriarcha.
Pij I. Epiſtola.
Prochorus.
Pratum ſpirituale.
Prateius.
Procopius.
Proſper.
Prudentius.

Q

Quintus Curtius.
Quintilianus.

R

Rabanus Maurus.

Rab-

Rabbi Salomon.
Radauicus
Remigius Remenſis.
Regeſtum Card.ab Aragonia.
Regeſtum Gregor.vij.
Reſtaurus Caſtaldus.
Rhegino.
Robbertus Gaguinus.
Robbertus Abbas.
Robber. Benedictinus
Rodericus Toletanus.
Ruffinus.

S

Saxo hiſtoricus.
Sardicenſis Synodus.
Seneca.
Seuerus Sulpitius.
Seuerus Sāctus Rhetor
Segebertus.
Septuaginta Interp.
Sidonius Apollinaris.
Sicconius Polentor.
Socrates.
Sozomenus.
Stephanus Boſtrorū.
Strabo.
Spartianus.
Suetonius.
Suidas.
Symeon Stilites.
Synodus viij.
Symmachus Papa.
Symmachus V. C.

T

Tertullianus.
Terentius.
TheodorusBalſamon
Thomas.
TharatiusPatriarcha.
Theophilactus.
Theodorus Heracliē.
Theodoritus.
Toletana Synod. iiij.
Tripartita Hiſtoria.
Trithemius.

V

Valerius Max.
Velleius Paterculus.
Vegetius.
Victor Vticenſis.
Victorinus Rhetor.
Vitichindus.
Vopiſcus.
Vrſpergenſis Abbas.
Vranius.

Z

Zonaras.

IOSEPHI STEPHANI VALENTINI EPISCOPI VESTANI DE OSCVLATIONE PEDVM ROMANI PONTIFICIS QVAM VETERES ADORATIONEM APPELLARVNT.

CAP. I.

Quid Adorationis nomine apud populos ſignificatum fuerit, apud quos ea viguit conſuetudo, vt alij manus, nõnulli pectus, multi principũ pedes ad oſcula retulerint.

ADORATIONIS vetuſtiſſima apud omnes gentes conſuetudo extitit, qua quisq; honoris gratia, capite demiſſo, corpore dextrouerſum circumacto, dextram manum labijs admouebat. Quem morẽ Plinius lib.28.cap.2.expreſſit his verbis: *Adorando dexteram ad oſcula referimus, totum corpus circumagimus; quod in læuam feciſſe Galliæ religioſius credunt*. Apuleius Afer.

Apologia 1. *Si fanum, inquit, aliquod prætereat, nefas habet adorãdi gratia, manũ labijs admouere.* Et in Aſino lib. 4. *Multi admiratione ſtupidi & ad mouentes oribus ſuis dexteram, priori digito in erectum pollicem reſidente, vt ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Eãdẽ conſuetudinem Minutius Felix in Octauio comprobauit: *Cæcilius, inquit, ſimulacro Serapis denotato, manum ori admouens, oſculum labijs preſſit.* Hieronymus Apologia 1. aduerſus Ruffinũ, de expoſitione eius loci, *Apprehẽdite diſciplinam* גשקו ait, *& vt verbum de verbo interpreter* καταφιλήσατε *id eſt, deoſculamini dicitur; quod egò nolens transferre putidè, ſenſum magis ſecutus ſum vt dicerem, adorate. Quia enim qui adorant ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere: quod*
Iob 31. *ſe Iob elementis feciſſe negat, dicens: Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentẽ clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ iniquitas maxima eſt, & negatio contra Deum altiſſimum. Et Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatem, deoſculationẽ pro veneratione ponunt.* Hæc Hieronymus. Qua dicendi cõſuetudine adductus vulgatus interpres, locum lib. 3. Reg. cap. 19. ita reddidit: *Derelinquã in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal: & omne os, quod non adorauerit eum, oſculans manum.* Quę cum inter omnes noſtri corporis partes maximũ in agendo, & operando diuinitatis ſpecimen referat; ideo Ædeſius, apud Eunapium Sardianum, ſuam le

uam manum oſculis venerabatur, quòd in ea ora culum diuinitatis inſcriptum inueniſſet.

Sed cum hic oſculãdi ritus in ſacris tantũ per gendis, more maiorũ maxime apud veteres ſerua retur, paulatim tamen cœpit in communem ho minum conſuetudinem, moremq. deduci. olim enim inter ſalutandum, honoris cauſa, *oſcula ma nu reddebantur*, vt ait Plinius in Panegyrico, *& oſcula delibata digitis, ad os referebantur*, vt ex eo corporis geſtu conſtaret, teſte Suetonio in Octa uio cap. 94 illuc omnia noſtra deſideria referri. Sed vt obiter moneam, ex hac corporis circum ductione, quę inter adorandum adhibebatur, ex acta adorationis etymologia deducta eſt; cum il lud proprie adorari dicatur, apud grauiſſimos auctores, quod ad os, cultus gratia admouetur, vel refertur ad oſcula. Quemadmodum etiam & orarium, quaſi ori admoueretur, dictum fuit a Prudentio hymno 1. Periſteph.

Hic ſui dat pignus oris, vt ferunt orarium.

Apud Græcos etiam προσκυνεῖν, oſculari, ſeu vene rari ſignificat, vt Euſtatius lib. 4. Odyſſeæ, & ma gnum Græcæ linguæ Etymologicum explicauit his verbis. προσκυνῶ συζυγίας πρώτης. ἐκ τῆς πρὸς προθέσεως, καὶ τοῦ κυνῶ. τοῦτο παρὰ τὸ κύω τὸ φιλῶ, eſt inquit adorare ſeu venerari conſociationis initium, ideoq. deducitur προσκυνῶ a propoſitione πρὸς & verbo κύω, id eſt, oſculor & veneror. Æmilius Pro bus in Conone, cum Perſarum conſuetudinem deſcripſiſſet, eadem communi ac peruulgari vo cis ſignificatione vſus eſt. *Neceſſe eſt*, inquit, *ſi in*

cõſpectu veneris, venerari te Regem, quod προσκυνεῖν *illi vocant.* ſed diffuſius Tharaſius Patriarcha Cõſtantinopolitanus epiſt. ad Conſtantinum & Irenem hanc vocem explicauit, cuius verba ex ſynodo Nicęna tanquam ex certiſſimis tabulis referã: *Sunt*, inquit, *imagines adorandę, hoc eſt, exoſculandæ et amandæ, id enim ſignificat iuxta antiquam verbi græci proprietatem. Nam* προσκυνεῖν *adorare & amplecti & amare ſignificat; præpoſitio autem* πρὸς *intentionem denotat deſiderij, quo ad amplexum et amorem vehementiorem ferimur. Illud enim quod quis amat, etiam* προσκυνεῖ, *hoc eſt, amplectitur; et quod adorat ſiue amplectitur, nempe* προσκυνεῖ, *hoc etiam amat. Teſtatur id ſane humanę naturæ propẽſio, qua erga amicos affecti ſumus. Sic enim inter duos res agitur, vt mutuo occurſantes, ſe oſculis proſequantur. Non ſolum autem apud Græcos hæc loquendi ratio in vſu eſt, ſed in diuina quoque ſcriptura idem annotare licet. In libris enim Regum ſcriptum eſt, Dauid ſurrexit, & cecidit in faciem ſuam,*
1. Reg. 20. *et adorauit ter Ionatam, et oſculatus eſt eum.* hæc Tharaſius. Latini vero auctores oſculum, baſium & ſuauium ita diſtinguunt, vt oſculum officij, baſium amoris, ſuauium voluptatis cenſeatur, vt ait Donatus in Eunucho Terentij.

Ergo vt iam, huius vocis explicata ſignificatione, reliqua proſequamur; veteres non ſolum ſuas manus oſculis premebant, ſed etiam clariſſimorum virorum pectora & capita, honoris & obſequij gratia oſculabantur, vt auctor eſt Plutarchus in vita M. Bruti: *Aſſidentem*, inquit, *C.*

Cæſarem cinxerunt officij ſtudio, omnes vna orantes manusq. eius tangentes, qui pectus & caput deoſcu labantur. Ammianus lib.28. *ex Senatoribus quoſdam ſalutari pectoribus oppoſitis cæpiſſe, & oſculanda capita in modum taurorum minantium obliquantes obtuliſſe, commemorat.* Ambroſius lib.de Tobia cap.7. *Tu oſcularis caput amplectens genua, et quaſi ceruus ſagittæ toxico ictus paululum procedens; tanquam victus veneno procumbis.* Sidonius Apollinaris lib.1.epiſt. ad Montium, eiuſdem cõ ſuetudinis meminit: *Atque etiam num chlamydibus induebamur, cum mihi Conſul ad pectus, præfectorij ad manus cadere.* Et paulo poſt: *Sed cum mi hi ſic ſatisfactum eſt, vt pectori meo, pro reatu eius tot poteſtatum dignitatumq. columina et iura ſubmit terentur.* Præterea Eunapius Sardianus in vita Proaereſij, omnes ad eius pectus lambendum, vt fieri ſolebat imaginibus, acceſſiſſe; aut ad pedes & manus corruiſſe, narrat. Hunc etiam morem Chriſtianis familiarem ac tritum fuiſſe, apud Nicephorũ lib.5.cap.3.legimus. Leonides enim Origenis pater, ſępe pectus pueri nudatum, cum veneratione oſculabatur. Abbates præterea cum diſcedebant ab his, quibuſcum erat ſumma cõ ſuetudo, ſuis inuicẽ pectoribus exoſculatis multis cum lachrymis diuellebantur, vt ait Leontius epiſcopus in vita ſancti Symeonis Stulti.

Sed vt vlterius progrediamur, manibus & pedibus oſculum figere, ad genua etiam accidere, & ante pedes procumbere, apud exteras nationes in vſu fuit maximo, apud Romanos cum Vrbem

Conſules habuere, non ita; creſcente tamen paulatim imperio, honores quoque augeri, & peregrini mores inferri cœperunt. De ſingulis dicã, vt apertius huius inſtituti ratio conſtet.

Primum igitur apud Græcos, ſubditi populi Principum virorum dexteras oſculari, pedes amplecti ſoliti erãt, vt Euripides in Hecuba retulit:

Ἀγάμεμνον ἱκετεύω σε τῶν σῶν γονάτων
καὶ σοῦ γενείου δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.

id eſt, Agamemnon ſupplex ad tuã genua accedo, & per tuum mentum te oro, & per tuam dexteram beatam. Homerus,

χερσὶν Ἀχιλλῆι λάβε γούνατα καὶ κύσε χεῖρας.

Achillis genua comprehendit, et oſculatus eſt manus. Plautus in rudente cum tranſmarinos mores deſcriberet:

Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum:
Manus mihi date, exurgite a genibus ambo.

Petronius Arbiter in ſatyra: *Seruus nobis deſpoliatus procubuit ante pedes, & rogare cœpit, vt ſe pœnæ eriperemus*. Et paulo poſt: *Infeliciſſimus puer tangebat vtriuſque genua cum fletu, petebatq. ſuppliciter, ne ſanguine mutuo pollueremus familiaritatis clariſſimæ ſacra.*

Q. Curtius lib. 3. & 6. Plutarchus in Temiſtocle. & li. de fortuna Alexãdri.

Ad hæc Plutarchus Perſeam Regem magna belli contentione terra mariq. ſuperatum, ſe ad pedes Æmilij ſubmiſiſſe, & genua amplexum fuiſſe teſtatur; quod etiam in vita Magni Pompeij retulit. Qua de re apud Perſas cum hæc conſuetudo a priſcis illis temporibus deducta, in communi vſu verſaretur, ideo Alexander Macedone

for-

formam inuerteret ſpeciemque dominij, illam peræque ac Perſica omnia ornamenta, retinuit; vt in reliquas prouincias ſibi ſubiectas induceret. Parthi etiam cum Reges ſuos dominos dicerent, eos pedum oſculis venerabantur: vt ait Martialis lib. 10.

Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes, humilesq. ſupplicesq.
Fictorum ſola baſiate Regum.

Romani tamen florente Repub. paucis, & quidē clariſſimis viris, manuum oſculationem detulere, ſolumq. Catonem minorem dignum eſſe exiſtimarunt, quem hoc honore & cultu proſequerentur; vt Plutarchus in vita Catonis eſt auctor: *Expleta,* inquit, *militia Catonis, non votis eum neq. præconijs, ſed lachrymis complexum proſecuti ſunt: ſternentes in via qua pergebant veſtes, quæ vix paucis Imperatoribus illius temporis præſtabant Romani milites.* hæc ille. Sed cum imperiũ in vnius dominationem cecidiſſet, & opibus & dignitate Imperatores extollerentur, tunc quoque variis honoribus aucti ſunt. *C. Caligula Pompeio Pœno abſoluto, gratiasq. agenti, porrexit ad oſculandum ſiniſtrum pedem auro & margaritis ornatum: cum ſuos pigros,* ideſt, *tardos pedes,* vt ait Seneca lib. 2. de beneficijs cap. 12. prius in os Senatoris ingeſſiſſet. Zonaras tom 2. agens de eodem Caligula, cæteris ſenatoribus aut manum aut pedem porrexiſſe oſculandum, commemorat. Tacitus de Nerone lib. 15. *Agere gratias Dijs, ornare lauro domum, genua ipſius obuolui, et dexteram oſculis* *In Caij vita.*

ſatigare. & lib. 17. *Otho protendens*, ait, *manus adorare, vulgum iacere oſcula, & omnia pro dominatione.* Multos vero milites manus & pedes iacentis Othonis oſculatos, fortiſſimumq. virum prædicaſſe, teſtatur Suetonius cap. 12.

Zonaras tom. 2. Traianum deinde Imperatorem, Decebalus Dacorum rex ad illius pedes procumbens, adorauit. Hadrianus, vt auctor eſt Spartianus, genua ſibi oſculari paſſus eſt. Antoninus adorari voluit, vt ait Lampridius, regum more Perſarum. Maximinus iunior, vt narrat Capitolinus, manũ porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, quandoq. etiam pedes, quod nunquam paſſus eſt ſenior Maximinus. Tandem Diocletianus cum imperij dignitatẽ extuliſſet, eamq. maximis opibus præſidijsq. firmaſſet, adorandi conſuetudinẽ in communem Romanorum vſum induxit; De quo Eutropius lib. 9. *Diligentiſſimus*, ait, *& ſolertiſſimus princeps et qui imperio Romano primus regiæ conſuetudinis formam magis quam Romanæ libertatis inuexit, adorari ſe iuſſit, cum ante eum cuncti ſalutarentur; ornamenta etiam gemmarum, veſtibus calciamentisq. addidit: nam prius imperij inſigne in purpurea chlamyde tantum erat, reliquaq. communia.* *Paulus Diacon⁹ in hiſtoria.* Pomponius factum hoc expreſſit apertius: *Diocletianus poſt triumphum de Perſis actum, adorari voluit, pedesq. ſibi oſculari, auro et argento calciamenta exornans.* Sed licet hæc vera ſint, & multorum hominum auctoritate cõprobata, Ammian. tamẽ Marcellinus lib. 15. hãc cõſuetudinem non ad Diocletianum, ſed potius

ad Syluanum retulit; qui contra Conſtantium arma in Gallias intulerat, de quo, ita ait: *Primus extero ritu et regio more inſtituit adorari, cum ſemper antea ad ſimilitudinem iudicum ſalutatos principes legerimus.* Et paulo poſt: *Suſceptus tamen idem dux leniter adactusq, inclinante negotio ipſo, ceruices adorare ſolemniter anhelantes, celſius purpuram.*

CAP. II.

Ioannes Cuſpinianus Diocletiani exemplo adorationẽ pedum Romanis Pontificibus delatam affirmat, eaq. temere impugnat.

SED Ioannes Cuſpinianus hęreticus, qui Imperatorum res geſtas copioſe deſcripſit, vt omnẽ calumniandi anſam arriperet; ſicuti Diocletiano hoc factum vitio vertit, ita etiam Romanis Pontificibus in maximo ponit crimine. Contendit primum nuda ſimplicique verborum narratione, Pontificem Romanum hunc morem a Diocletiano acceptum, in cõmunem vſum Chriſtianorum perduxiſſe; deinde vt tyrannicum conſuetudiniq; eccleſiæ aduerſum improbat. Quem errorem cum multi huius hominis audacia te-

mere

mere imbiberint, in primo diſputationis cógreſſu ex eorum animis eripiendum duxi, vt hoc euerſo leui argumento, cætera quæ inde ſequuntur, ſuo loco refellamus.

Mos igitur communi populorum conſenſione, omnium quoque ætate comprobatus, tyrannidis nota condemnari non poteſt: cum illum dux natura defendat. Quod longa exemplorum ſerie, & grauiſſimorum hominum fide & auctoritate perſpicitur. Primum enim ſubditos populos ad pedes Principum, cum ab illis opem auxiliumq. petebát, ſupplices iacuiſſe; ſatis aperte colligitur ex vi verbi παντι βολεῖν quo vtitur Pollux: ſignificat enim παρὰ τὸ αὐτῶν πόδας βάλλεσθαι, hoc eſt, ſeſe abijcere, vel ad pedes procumbere; vt ex hac inopi & infirma ſupplicantum ſpecie principum animi ad miſericordiam flecterentur. Quod M. Tullius in oratio. pro P. Seſtio, & ſexcentis alijs in locis copioſe deſcripſit. At vero cum tantum non priſcis illis temporibus, ſed ſæpe quoque labentibus ſæculis hæc adorandi cóſuetudo viguiſſet; indicium & quaſi teſſera fuit imperij: vt Eunapius in vita Ædeſij narrat, clam a Conſtantio ſubmiſſos homines ad Ablabium, qui in genua procumbentes, vt mos eſt apud Romanos in ſalutando & renunciando Imperatore, ipſi perſuaderent ad imperij habenas admotú fuiſſe. Quare qui ſe adorari patiebantur capitales erant, cum imperij inſignia ſibi arrogare viderentur. Ex his tamen ſolus Præfectus prętorio extra culpam noxamq. erat, cum reuerentia ſui magiſtra-

tus, adoratione coleretur, vt ait Caſſiodorus li. 6. form. 3. *Ingreſſus*, inquit, *palatiũ noſtra cõſuetudine frequenter adoratur, & tale officium morem videtur ſoluere, quod alios potuit accuſare*. Præterea Britannio magiſter equitum in Pannonia anno CCCXXIII. a militibus Imperator renũtiatus, mox ad pedes Cõſtantij ſupplicis habitu miſerabiliter eſt prouolutus, vt in gratiam cum Imperatore rediret, vt Zonaras tom. 3. teſtatur his verbis: *Cum Britannio regia inſignia exuiſſet, plebeio habitu pedes Imperatoris tenuit*. Ad hæc Valentinianum, vt ait Ammianus lib. 30. Sarmatarum legatio pedibus illius proſtrata exorabat, vt propitius ac lenis veniret. Inde ad Theodoſium Auguſtum intuendum, adorandumq. omnes populos properaſſe, refert Pacatus in panegyrico; cum hac adorandi conſuetudine principes colerentur. Nicephorus lib. 9. c. 32.

Quę cum ab omnibus populis conſtantiſſime ſeruaretur, maxime tamen a militibus Populi Romani, dum illis militiæ ſacramentum deferebatur: *Iurant autem per Deum, per Chriſtum*, vt ait Vegetius lib. 2. cap. 5. *per Spiritum Sanctum; et per maieſtatem Imperatoris, quæ ſecundum Deũ generi humano diligenda eſt, et colenda. Nam Imperatori, cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſenti, et corporali Deo fidelis eſt præſtanda deuotio, et impendendus peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus vel militans ſeruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore*. Hæc Vegetius Chriſtianus, qui Valentiniano Imperatori opus ſuum inſcripſit.

Vnde

Vnde factum arbitror, vt qui muneris, militiæq; vacationem impetrabant, ex maiorum conſuetudine ad ſacram purpuram adorandam, id eſt, ad principis numen accederent, cum purpura eodem cum rege honore coleretur; vt dicit S. Ioannes Damaſcenus lib. 3. cap. 8. & 31. & lib. 4. cap. 12. & S. Auguſtinus Serm. 58. de verbis Domini. Quod etiam ſatis liquido ex Caſſiodoro lib. 11. variarum epiſt. 18. conſtat his verbis: *Amplectenda eſt promotionum grata ſolemnitas, quę benemeritorum ſoluit excubias, quia tyronibus conceditur ſpes laboris, dum viciſſitudo fuerit reddita veteranis. Et ideo Antianum, qui prætorianis inculpabiliter paruiſſe perhibetur obſequijs, inter tribunos, et notarios ad adorandos aſpectus properet principales; vt iuxta conſuetudinem præſentatus, ſpectabilitatis decoraretur inſignibus.* Et epiſt. 20. eiuſdem lib. Theodoro Primiſcrinio militaribus laboribus egregie perfuncto ita reſcribitur. *Quapropter ſpectabilitatis honore ſuffultus, inter tribunos et notarios venerandam purpuram adoraturus accede; vt per ſacros aſpectus principis tuæ ſubſiſtat firmitas dignitatis.* Et epiſt. 31. de Primicerio agens: *Et ideo quoniam Vrbicus Primiceriatus ſui noſcitur tempora peregiſſe, inter domeſticos et protectores ſacram purpuram adoraturus accidat, vt reuerendis clarificatus aſpectibus, militaribus excubijs ſe gaudeat liberatum.* Ad purpuram vero oſculandam admitti, honoris loco tribuebatur, vt ex C. Theod. lib. 12. l. 109. Cuiacius lib. 12. de domeſticis & protectoribus l. 1.

demon-

demonſtrâuit. Accidere vêro ad adorandum, nihil aliud eſt quàm ad pedes alicuius procumbere, vel ad manus oſculandas ruere; vt ex Iulio Capitolino in Maximini vita colligitur: *Suſpicatus*, inquit, *barbarus ſe notum eſſe Principi, ad pedes Imperatoris equitantis accidit, vt V. M. S.* habent codices. Et paulo poſt: *Maximinus ſub homine impuriſſimo*, loquitur de Heliogabalo, *nunquam ad manum eius accidit, nunquam illum ſalutauit.* Preterea illi qui bello capti atq; ſeruati fuerãt, ad victoris principis numen adorandum deducebantur, vt legimus apud Zonaram in vita Iuſtiniani Auguſti. Qui cum triumphum de Gelimerio, qui totam Africam occupauerat, deportaret; Gelimerius iuſſus eſt Imperatorem de more venerari, atq; illius pedibus prouolui: vt idẽ Zonaras eſt auctor his verbis: *Deuentum erat ad Imperatoris conſpectum, tunc Beliſarius Gelimerio perſuadet, vt humi procumbat, et ita adorationem Imperatori deferat. facit ille vt iubebatur lachrymis oppletus, procumbit et ipſe Belliſarius, vt oſtenderet Gelimerio eum id facere iuſſum, non vt captiuum, ſed quia moris ſit adorari imperatorem Romanorum, eiuſq; calamitatem ſubleuaret.* Diogenes quoque Baſilatius Græcorum Imperator bello ſubactus, vt Axano Sultano ſeruitutis munus expleret, anno M.LXIX. ad eius pedes humi ſupplex iacuit. Apud Bulgaros in ſumma reipublicæ perturbatione, cum quidam Aluſianum Aaronis regis filium de facie agnouiſſet, poſtratus viri pedes amplectitur: vt cæteros edoceret adeſ-

tom. 3.

adeſſe Regij generis hominem, ad quem regni hereditas perueniret: vt apud Zonaram in vita Michaelis Paphlagonis legimus.

Ergo quis non videt hanc conſuetudinem populorum conſenſione comprobatam, quaſi naturę auctoritate defendi? Quis non ſentit tantã aduerſus principes fuiſſe hominum propenſionem, vt niſi illos tãquam publicos parentes ſummo ſtudio venerarentur, aliquid de eorum ſumma dignitate detrahi, aut imminui exiſtimarẽt? Quamobrem licet aliquis imperatoria maieſtate inſolenter abuſus, temere ſe Deum iactauerit, aut incredibili armatus audacia, oſculum pedũ tanquam diuinum honorem ſibi arrogauerit: eius quidem improbitas & dementia culpanda eſt, non tamen improbanda populi conſuetudo, quæ cum omnium conſenſione & auctoritate recipitur, quaſi naturæ vocibus comprobatur, vt vix ab ea homines audeant recedere. Quod plane his exemplis oſtendam.

Gellius li.2.c.2

Furius Camillus ob rerum magnitudinẽ ſummos ſpiritus extulerat, qui cum de Veientibus triumpharet, auſus eſt vnus, nullo maiorum exẽplo, curru quatuor equis iniunctis, euehi: quo Deorum patrem ſummum numen deduci, fictis fabulis memorię prodebatur. Qua de re exulceratis populorum animis, putabatur tyrannice diuinitatem affectaſſe. Mox tamen cum ob propagatum Imperium iram populus cohibuiſſet, omnes qui poſt illum triumphum duxerunt, eam conſuetudinem à Camillo inductam, nulla tyranni-

Plutarchus in eius vita.

rannidis ſuſpicione ſeruarunt. Sic etiam M. Antoniū cū diadema capiti Cęſaris imponeret, aduerſabatur populus; poſtquā in vnius dominatum Reſpublica ceſſit, omnium acclamatione, regium diadema principi defertur. Idem ſane de pedum oſculis & adorantiū ritu dici poſſe non inficior. Nam cùm hic honor ab omnibus habitus ſit ampliſſimus, tametſi Diocletianus, vt ait M. Aurelius Caſſiodorus ĩ chronico, neſcio quam de ſe opinionem diuinitatis cōcipiens, eo inconſulte vſus fuerit; tamen remota prorſus omni inſolentia, omnes poſt illum Imperatores, qui ad ſummum dignitatis culmen ſublati ſunt, eo quidem abſque aliqua nota, & iniuria ornari, imagines quoque eorum in ſumma veneratione, abſque aliqua gentium ſuperſtitione haberi cœperūt. Licet enim nobis multa cum gentibus communia ſint, *vſusque quarundam rerum*, vt ait Auguſtinus lib. 2. contra Fauſtū cap. 23. *ſimilis videatur nobis eſſe cū gentibus, ſicuti cibi & potus, tectorum & veſtiū: tamen longe aliter his rebus vtitur, qui ad alium finem vſum earum refert, & aliter qui ex his Deo gratias agit, de quo praua & falſa non credit.* Quod de Imperatorum ſtatuis ſequenti capite demonſtrabo. M. T. philip. 2.

CAP.

CAP. III.

Imperatores non ſolum adoratos, ſed illorum quoque imagines apud omnes Chriſtianos maximopere cultas fuiſſe.

QVARE, vt facilius Cuſpiniani ſententiã impugnemus, operepretium me facturum arbitror, ſi ex ritu veterũ, quo Imperatorum imagines colebãtur, hanc adorandi conſuetudinem apud omnes receptã oſtendam. Primum igitur, cũ eſſet in optimos principes omnium propenſio voluntatum, nõ ſolum eos populi coluerũt, ſed illorum quoq; imagines fictas pictasque publica cõſtituta lege, ſine ambitioſo faſtigio, adorarũt. Quod in Codice Theodoſiano li. 15. tit. 4. a Thedoſio Imperatore Chriſtiano ſancitum fuit his verbis: *Si quando noſtrę ſtatuę vel imagines erigentur, ſeu diebus, vt adſolet, feſtis, ſiue communibus, adſit Iudex ſine adorationis ambitioſo faſtigio: vt ornamẽtum diei, vel loco & noſtrę recordationi ſui probet acceſſiſſe pręſentiam. Ludis quoq; ſimulachra propoſita, tantum in animis concurrentium, mentiſq. ſecretis noſtrum numen & laudes vigere demonſtrẽt;*

Cuiat. parat. lib. 1. C. tit. 24.

exce-

excedens cultura hominum dignitatumq́ ſuperno numini reſeruetur. Ex qua lege apertè deducitur, vt Imperatoris ſtatua eſſet, id eſt, collocaretur, & erigeretur, vt Quintilianus in præfatione lib. 7. loquitur, nunquam Theodoſium eximios honores exegiſſe, qui ſoli Deo deferuntur, vt Dioclctianus inſcitiſſime exigebat; ſed illos, qui tantæ maieſtati digni cenſebantur, quales erant populares plauſus, itemq. honores ampliſſimi, quibus Principum imagines excipiebãtur, in ęis maximè prouincijs, in quas Imperator alioqui proficiſci non poterat: vt idem Theodoſius l. 1. C. publicæ lætitiæ, meminit his verbis: *Si ſacros vultus hiantibus forte populis inferimus, hoc ſine immodico precio excipi præcipimus.* Excipiebantur vero indictis publicis ludis, itemq. coronis, quibus illorum capita ornabantur; vt Ambroſius ſerm. 10. in pſalm. 118. docet.

Hæ vero imagines ea de cauſſa ſacrę dicebantur, vt inde Imperatorum maieſtas apertius ſignificari poſſet. *Sic ſacras Principis aures, ſacros afflatus, ſacrum reſponſum,* Capitolinus in Opilio Macrino, & Lampridius in Alexandro, & Auſonius in Panegyrico, *Sacrarium Imperialis oraculi,* appellarunt; licet antea Tiberius apud Tranquillũ cap. 25. hęc verba tanquã aliena reſpuerit. Eccleſiaſtici vero auctores vetuſtiſſimi, has Imperatorum imagines laureatas, vel lauratas nominarunt. Quidquid enim ab Imperiali iuſſione proficiſcebatur, quod populis maximã lætitiam faceret, lauratum dicitur; vt apud Lam

B pri-

pridium in Alexandro, *Tabellæ lauratæ*; id eſt, ſacræ, & apud Capitolinum in Maximino, *Litteræ laureatæ*, quæ ingenti lætitia populum afficiebant; ita vt eius cauſſa per omnes aras & templa gratię redderentur.

Ergo hæ laureatæ imagines tranſmittebantur ad Vrbes, vt illas non ſolum maximo cultu exciperent, ſed etiam vna cum eis per loca religioſa, ſacraq. gratias agerent: vt in actis ſynodi ſecundæ Nicęnę habetur, *Laurata & iconas, quæ mittuntur ad ciuitates, vel regiones, obuij adorant populi, cum cereis & incenſis; non cera perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes*: quod etiam S. Chryſoſtomus in parabola ſementis affirmauit, vt in act. 2. eiuſdem ſynodi legimus. Has vero imagines in eccleſiam inferri ſolitas, vt earum aſpectu Imperatores fauſta populi deprecatione colerentur, Socrates in hiſtoria trip. lib. 2. c. 18. Optatus Miliuitanus lib. 3. & Paulus Diaconus lib. 11. c. 1. teſtatur his verbis: *Venit icona Phocæ & Leontiæ Aug. & acclamatum eſt in Lateranis, & Baſilica Iulij ab omni clero & ſenatu. Exaudi Chriſte, Phocæ & Leontiæ Aug. vita. Tunc iuſſit ipſum icona D. Beatiſſimus & apoſtolicus Gregorius Papa reponi in oratorio Sãcti Cæſarij martyris, iuxta palatium*. Sic cubiti formam, quæ denotat incrementum aquæ Niliacæ, non ad Serapidis templum, ſed in eccleſiam deferri ſanciuit Imperator Conſtantinus, vt lib. 1. Tripar. cap. 9. lib. 2. cap. 18. conſtat.

Igitur Principes cum in precio ſuas imagines haberi

haberi voluiſſent, eas non ſolum a Gentibus, ſed ab omnibus quoq. Chriſtianis honorari voluerunt, cum ſcirent peſſimos quoq. magiſtratus, vt ait B. Stephanus Boſtrorũ Epiſcopus, à Chriſtianis ſubmiſſe adoratos. Apud quos cum conſuetudo obtinuiſſet, vt omnes pro ſalute Reipublicæ, & Imperatorũ incolumitate rogarent, vt ait Arnobius li. 4. nunquá quidẽ ab eo veteri more receſſerunt; licet Traiani Imperatoris, qui ſuá imaginem cum ſimulachris Deorum adorãdam exhibebat; vt ait Plinius lib. 10. epiſt. 100. & Iuliani perfidi fraudes deteſtati fuerint; quas ſub hac adorationis ſpecie, per ſummam malitiam occultabant. *Act. 2. ſynodi.*

Sed libet huius rei cauſſa S. Gregorij Nazianzeni in oratione 1. in Iulianũ referre verba, vt aperte Chriſtianorũ morem in adorandis Imperatorũ imaginibus indicemus. *Imperialibus*, inquit, *legibus ſancitum eſt, haud quidem ſcio, an apud omnes alios homines, qui imperio ſubſunt, apud Romanos tamen ſtudioſiſsime ſeruatum, vt publicis ſtatuis Imperatores ornentur. Neq. enim corona, & diademata, & purpuræ nitor, & memorabiles leges, & tributa, & ſubditorum multitudo ad approbandum gratulandumq. imperium ſufficiunt; ſed adorationem quoq. accedere neceſſe eſt, vt auguſtiores appareant, parũq. habent ipſi adorari, niſi idem quoq. ſibi in imaginibus picturiſq. praſtetur, quo cumulatior ſit ipſis, perfectiorq. veneratio. His porro imaginibus Imperatorum, alij aliud quoddam appingi gaudent, quidam clariſsimas vrbes dona afferentes,*

alij victorias caput corona cingentes, nonnulli Magiſtratus adorantes, & præfectorum teſſeris exornantes. Sunt qui ferarum iugulationes, alij barbarorum edomitorum, & ad pedes prouolutorum, vel trucidatorum varias multipliceſq. figuras. Quid autem comminiſcitur Iulianus, et quam firmioribus Chriſtianis fraudem nectit? Nimirum quemadmodum cibis admiſcentur venena, ita hic vſitatis Imperatorũ honoribus impietatem admiſcere inſtituit; legeſq. Romanorum, cum Idolorum adoratione coniungere. Ac proinde cum dæmones velut alias quaſdam conſuetas picturas ſuis imaginibus adiunxiſſet, tum demum populis & ciuitatibus illas imagines proponebat, vt nulla omnino ratione vitari hoc malum poſſet, ſed aut cum Imperatorum honore, dæmonum honor coniungeretur, aut horum fuga & repudiatione Imperatores afficerentur contumelia. Hanc fraudem atq. iſtud callide excogitatum impietatis laqueum pauci ex his, qui pietate et prudentia maiores erant, effugerunt; qui etiam prudentiæ luerant pœnas, hoc quidem pretextu, quaſi Imperatoris honorem perfide violaſſent. Hæc ibi. Hãc vero fraudem vitio dat Gregorius Iuliano, non quia conſuetudinem legemq. Romanorum improbet, cum eſſet omnium ferè populorum conſenſione ſancita; ſed quia parum laudis ſit Imperatori, ex inſidijs, contra incautos & improuidos agere. Priuato enim homini aſtute & callide moliri, concedi fortaſſe potuiſſet; Imperatori, qui vi & potentia ſuperari non poteſt, vitio eſt, conatus ſuos, vulpecularum more, malis artibus

occul-

occultare. Vnde S. Anaſtaſius in ſerm. de ſabbato, imagines Regum iuſte coli, & qui eas temere violant, aut ignominia afficiunt, grauiter puniri debere, teſtatur. Quod S. Chryſoſtomus oratione in Peluim, & in parabola ſementis, & S Symeon Stilites epiſt. 5. ad Iuſtinum Imperatorem, & alij Patres actione 2. & 4. & 6. ſynodi ſecundæ Nicenæ docuerunt.

In adorandis tamen imaginibus eam omnes populi conſuetudinem obſeruarunt, vt non tantum manus, ſed etiam pedes ore contingerent. Quod Cicero oratione 2. in Verrem affirmauit, cum ad Deorum pietatẽ hortaretur, his verbis: *In precibus et gratulationibus, non ſolum id ſimulachrum venerari, ſed etiam oſculari debemus.* Lucretius quoq; ex hoc veteri oſculandi more Lib. 1. imaginum manus exeſas, atq. oſculis detritas affirmat:

Signa manus dextras oſtendunt attenuari Gifanius in hunc locum.
Sæpe ſalutantum tactu, propterq. meantum.

Ad ſignorum vero pedes more maiorum oſcula referri, A. Prudentius, vt in vetuſtiſſima conſuetudine grauiſſimos auctores aduocemus, meminit multis in locis; in Apotheoſi his verbis:

Perfidus ille Deo, quamuis non perfidus Vrbi,
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis, et ſoleas Iunonis lambere, plantis
Herculis aduolui, genua curuare Dianæ,
Quin et Apollineo frontem ſubmittere gypſo.

& lib 1. contra Symmachum.

Impreſsis ſilicem labijs, puerilia vota

 Fudit,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fudit, opeſq. ſibi cæca de rupe popoſcit.

& paulo poſt, veterũ ſacrificandi ritum exponẽs:

Poſt trabeã & eburnam aquilã ſellamq. curulẽ,
Cernuaq. ora ſenex barbatus, et oſcula figit
Cruribus ænipedum, ſi fas eſt credere equorum.

Sed apud Eunapium Sardianum, imaginum pectus lambere & oſculari, amicitiæ ſymbolum erat, cum in eo tanquam in ſacrario illius iura recondantur; vt Symmachus lib. 4. epiſt. 42. & Seneca lib. 6. de beneficijs, cap. 34. docuerunt.

CAP. IIII.

Ex Eſaiæ oraculis facile colligi poſſe, multa ex gentium conſuetudine in eccleſiam, ad eius amplitudinem indicandam, fuiſſe tranſlata.

IGITVR cum iam aperte conſtet, adorandi conſuetudinem, non ſolum apud omnes gentes viguiſſe, ſed etiam a Chriſtianis religioſe ſeruatam; operæpretium erit demonſtrare, nihil hinc tyrannicum in Chriſti eccleſiam inductum, neq. regium præter ius faſque, vt calumniantur deſertores, a Romanis Pontificibus vſurpatum.

patum. Quod facile fieri poſſe arbitror, ſi prius oſtendam multa quæ ex gentium more conſuetudineq. deſcendunt, abſq tyrannidis nota, in eccleſiam illata & inducta fuiſſe. Quæ omnia cum ex multis Eſaiæ locis colliguntur, tum vero maxime ex cap. 60. vbi multa de ſummo cultu, viris eccleſiaſticis deferendo, prædixit; multas etiam populorum diuitias, potentiam, opes ampliſſimas, aliaq. ſexcenta enumerauit, quibus eccleſiæ dignitas illuſtrari, & quaſi externis quibuſdã opibus firmari poſſet. Sed locum Eſaiæ in medium adferamus, vt quantum Romana eccleſia dignitatis aſſecuta ſit, apertius conſtet. *Pro eo quod fuiſti derelicta, et odio habita, et non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione et generationem, et ſuges lac gentium, et mamilla Regum lactaberis*. Cap. 60 Septuaginta viri, qui ſpiritum domini imbiberunt, vt externum eccleſiæ ſplendorem oſtenderent, pro mamilla, diuitias tranſtulerunt, πλοῦτον τῶν βασιλέων φάγεσαι, ideſt, *diuitias Regum comedes*; quaſi prædixiſſent, eccleſiam adeo ex gentium & Regum opibus ornandam, vt eius ſacerdotes, qui populos ad ſalutem inſtituunt; externo quodam Regum ſplendore honeſtari deberent. Quod plane ex fructuum oblationibus, prædijs, muneribus ampliſſimis, regijſq. donarijs, quibus locupletata fuit eccleſia, Procopius in huius loci explicatione, teſte experientia comprobauit: *Sunt*, inquit, *nonnulli qui iſta, et quæ deinceps; ad gentium munera, ad donaria, ad re-*

gia demenſa, et ſtipendia, quibus hucuſq. eorum liberalitate fruuntur, qui rerum potiuntur, referri arbitrentur. Et paulo poſt: *Alij ſecundum hiſtoriã, diuitias illas quas in eccleſia Reges Deo obtulerunt, ſignificari volunt; per quem ipſa ab illis immunis et libera ſuoq. iterum imperio reſtituitur*. Hæc tamen omnia Procopius ex S. Cyrillo collegit, qui eadem a maioribus mutuatus eſt, vt ipſemet eſt au ctor: *Alij*, inquit, *exiſtimant his verbis velle demonſtrare prophetã ſacerdotes cumulandos eſſe fructuum oblationibus, ac regijs donarijs gentium, idq. verum eſſe oſtendit ipſa rerum experientia*. Robertus monachus Benedictinus, qui vt teſtis & comes Gothefridi, hiſtoriã belli ſacri conſcripſit, lib. 3. hanc eãdem Eſaię ſententiam ad opes quibus ornabatur eccleſia, poſt captam Nicæam vrbem ampliſſimam tranſtulit: *Superbia*, inquit, *ſæculorum nobilitas eſt virorum illuſtrium, mamilla diuitiæ, quæ nobilitas mamilla regum paſcitur; cum ei mundana poteſtas ſubijcitur, et inde habet gaudium, et lętitiam, non tantum in hac generatione præſenti, ſed futura generatione ſæculorum*.

Sed non ſolum id ſacerdotes aſſecuti ſunt, vt regia mamilla, ideſt opibus regijs perfruerentur, ſed etiam alia multo maiora & ampliora, quæ illos in maximum dignitatis gradum extulerunt; vt Eſaias cap. 61. prædixit his verbis: *Vos ſacerdotes Dei vocabimini, miniſtri Dei noſtri dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum ſuperbietis, pro confuſione veſtra duplici, et robore laudabunt partem eorum, et propter hoc*

in terra

in terra ſua duplicia poſſidebunt. Fortitudinem gentium, honorem ſpectatiſſimorum hominũ, qui ex gentibus vocati ſunt, intelligit Cyrillus & Procopius; ex quorum plane diuitijs & honoribus quos populi ex maris opibus in eccleſiam inferebant; illa omnibus admirationi fuit. Aquila fortitudinem τὴν εὐπορίαν, id eſt, *abundantiam*, maximamq. opum vim tranſtulit; cum eccleſià nõ ſolum vberrimis facultatibus locupletari, ſed etiam duplicato præmio, vt ſolent militares armorum doctores, teſte Vegetio lib. 1. cap. 13. remunerari, omniq. ornamentorum genere illũ ſtrari deberet, vt inde ſpectatorum animi ad illius admirationem & cultum traducerentur. Quod plane ex eiuſdem Aquilę expoſitione ſatis in aperto eſt: nam vbi habet noſter interpres *in gloria eorum ſuperbietis*, ille καὶ ἐν δόξα αὐτῶν πορφύρα ἐνδύσεσθαι, reddidit, id eſt, *de gloria earum, nempe gentium, purpura veſtiemini, vt inſigne regij ſplendoris*, vt interpretatur Hieronymus, *in eccleſia oſtenderet*.

Ex quibus verbis aperte conſtat, nõ tam regũ opes ampliſſimas, quam etiam omnia illorum ornamenta, quibus apud populos auctoritatem retinent, merito in eccleſiam fuiſſe tranſlata; vt illa Eſaiæ prædictio vera foret, *et Reges miniſtrabunt tibi*: cuius rei hoc maximum eſt argumentum, quod cum olim purpura ſummi eſſet ſplendoris, vt ait Plutarchus in problematibus Romanis, ſoloſq. reges ornaret, eorumq. dignitatem augeret; nunc eadem ſacerdotes exornet, & maxime

xime Epiſcopos Romanos, qui primam ac principem in eccleſia dignitatem gerunt. Fuiſſe vero hoc veſtis purpureę genus Pontificibus Romanis familiare, ex actis S. Marcellini Papæ colligitur; vbi ex veſtis purpureæ mutatione comprobatum eſt, Pontificem maximum reiecta ſacerdotali purpura, ac cocco indutum, id eſt, imperiali chlamyde oſtro rubenti, vel vt alij legũt coa, id eſt, bõbycino & tenui ornatu, vt illum Diocletianus irrideret, tura Dijs adoleuiſſe. Quod ſatis aperte hæc ſynodi verba teſtantur: *Dixit Marcellinus, quo die? reſpondit vnus illorum, et dixit: Quo die exuiſti purpuram, et induiſti coccum, et gaudebat ſuper te Diocletianus.* Et quod inde excurrit.

Præterea a Conſtantino Magno, ſacerdotes imperialia ornamenta, trabeaſq. aureas aſſecuti ſunt; & præſertim Macharius Epiſcopus Hieroſolymitanus, qui ab optimo principe veſtem Imperij inſignem auro ſericoq. contextam accepit, vt ea circumamictus, vt ait Ruffinus lib. 10. c. 7. & 8. miniſterium ſacri baptiſmatis adimpleret. Eodem etiam tempore Diaconi ad Eccleſię miniſterium indumentis regalibus, & pectoralibus tunicis, ſine manicis tamen vtebantur; vt ex detecta illa ioculari contra Cæſarem Gallum conſpiratione perſpicimus: cui cum indicatum eſſet, vt ait Ammianus lib. 14. indumentum regale, incertum cuius vſibus paratum, apud Tyrum quẽdam occultatum fuiſſe, adhibita quæſtione, tandem Marus quidam Diaconus Chriſtianus indu-

ctus,

ctus, & in diſcrimen vitæ vexatus, nihil contra principem fateri compulſus eſt. Hoc vero ornamenti genus a noſtris, neſcio an proprie, cómuni tamen voce Dalmatica dicitur, a quo Cómodus Imperator apud Lampridium Dalmaticatus dictus eſt: erat enim Dalmatica veſtis alba, coc cineis quibuſdam virgulis diſtincta, vt Iſidorus lib. 19. originum, & Albinus Flaccus Alcuinus lib. de diuinis officijs, docuerunt. Indumẽtum vero illud regale, de quo Ammianus, colobium fuit, licet ex Eutychiani decreto, quo inſtitutum eſt, martyrem ſepeliri non poſſe ſine dalmatica & colobio purpurato, vt Martinus Polonus teſtatur, hæc parum diuerſa eſſe videantur.

Ad hęc, Epiſcopi qui plebiũ ductores exiſtunt, ornamentum ſenatorium ſiue regale, hoc eſt, latum clauum purpureum in pectus demiſſum, deferebant. Quod S. Pius Papa I. epiſto. 2. ad Iuſtum, colobium nominat his verbis: *Tu vero apud ſenatoriam vrbem Viènenſem eius loco a fratribus conſtitutus, et colobio Epiſcoporum veſtitus, vide vt miniſterium quod accepiſti in Domino impleas.* Erat vero colobium genus veſtis, quo Epiſcopi tanquam ſenatores & magiſtri diſciplinæ publicæ, vtebantur l. 1. C. Theod. de habitu, quo vti oportebat intra vrbem. In qua quidem ſignificatione, a lato clauo nõ differt, vt docet Acron in Horatium, his verbis: *Latum clauum purpureum, dicit quod in pectore diſtenditur ſenatorum, Græci vocant* κολοβίωνα. Latum clauum ita deſcribit Petronius Arbiter in ſatyra. *Pallio coccineo*

cineo ad raſum incluſerat caput, circaq. oneratas ve ſte ceruices laticlauiam immiſerat mappam, fimbrijs hinc atq. illinc pendentibus. Quem vſum hodie quoque retinent eccleſiaſtici principes, inijcientes veſti a ceruice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretioſis muris pontici, vel alijs dum in publicum prodeunt. Erat præterea aliud colobij genus, quod Gloſſarium ſubiculam vocat, quo B. Iacobus Apoſtolus, & alij vtebantur; lineum quidem & ſimplex, longe tamẽ ab hoc noſtro diuerſum, vt Caſſianus lib. 1. de habitu monachorum cap. 5. docuit.

Cuiacius li. 11 obſer. capit. 39. P. poite. lib. 1. capit. 16.

Sed inter alia Epiſcoporũ inſignia, birri quoq. enumerantur, quibus epiſcopi ornari ſolebant, vt Pontianus Diaconus in vita B. Cypriani teſtatur. Hos vero birros ſericos fuiſſe, Zonaras & Theodorus Balſamon in Gangrenſi cõcilio, can. 12. docuerunt, vt habetur 30. diſt. cap. ſi quis virorum; quos etiam ornamentis rigentes ac pretioſos, Seuerus Sulpitius lib. 3. de vita S. Martini appellauit. *Clericus ſculpit oſtia, pingit armaria, reſpuit veſtem groſſiorem, iam indumentum molle deſiderat. Atq. hæc charis viduis ac familiaribus mandat tributa virginibus, illa vt birrum rigentem, hæc vt fluentem texat lacernam.* S. Auguſtinus li. 2. de vita clericorũ: *Offeratur*, inquit, *mihi verbi gratia birrum pretioſum, forte decet Epiſcopum, ſed non Auguſtinum.* Hic tamen veſtitus a Gallis originem duxerat, vt Vopiſcus in Carino. *Donati A. trebatici birri petiti, donati, birri Canuſini.* Ad quos fortaſſe Hieronymus lib. 2.

aduer-

aduerſus Iouinianum, videtur ſpectaſſe. *Nunc lineis, & ſericis veſtibus, vt Atrebatum et Laodiceæ indumentis ornatus, incedis.* Nec diuerſus eſt ab hoc ornatu birrorum, ille quem Caſſianus de habitu monachorum cap. 7. exagitat; cum pretia birrorum, a monachis qui tenuem ac ſimplicem vitam ſequuntur, aliena ſint.

Ex quibus omnibus factum arbitror, vt qui in eccleſia publicam perſonam ſuſtinerent, quandoque pretioſioribus & ornatioribus veſtibus, abſq. iactantia tamen & voluptate vſi fuerint; tũ vt ſui muneris gloriam, tum etiam vt cultus diuini excellentiam oſtenderent. Quod S. Thomas ſcholæ doctor & princeps 2. 2. q. 169. art. 2. ad 2. & Theodorus Balſamon in ſynodo Gangrenſi docuerunt: *Canon*, inquit Theodorus, *illos qui negligunt eos, qui birros ſeu ex ſerico veſtes contextas propter profeſsionis honorem, non propter mollitiem, uel arrogantiam deferunt; anathemati ſubijcit.* Solet enim dignitas & publica perſona ex amictu conijci, ne illi qui publico magiſtratu funguntur, ob viles & abiectas veſtes in plebis neglectum, quæ res externas admiratur, vt Philopœmeni accidit, incurrant. Quare merito apud Græcos factum eſt, vt qui publica munera gererent, veſtium ornatu diſtinguerentur, vt in libro officiorum palatij Imperatorum, quẽ manu ſcriptum habeo græce, ſtatutum eſt. Decet enim magiſtratus a plebe diſcerni, non ſolũ moribus, ſed etiam externis ornamentis, quæ ſæpe venerationẽ in animos ſpectatorũ inducũt.

Plutarcus in eius vita.

Enim-

Enimuero cum plebs pullata ſemper incederet, vt ait Quintilianus lib. 2. inſt. orat. cap. 13. & lib. 6. cap. 5. decuit epiſcopos tanquam publicos magiſtratus, ab illa aliquo inſigni ornatu diſtingui, vt ex eo, muneris ac perſonæ dignitas cõſtare poſſet. Qui licet apud Græcos pœnitentiæ cauſſa vilis & atratus eſſet, omnes enim epiſcopi pullati incedebant, vt 21. q. 4. cap. omnis iactantia: Siſinius tamen primus eam veſtẽ abiecit, vt ait Nicephorus lib. 12. cap. 36. candidam induit, Chriſti exemplo, qui in transfiguratione veſte cãdida niueaq; reſplenduit. Veſtis enim albæ nitor, vt ait Tertullianus de reſurrectione carnis, libertatem ſignificat, ac propterea ſerui alba veſte induti manumittebantur. Quod plane fuit in cauſſa, cur ego exiſtimem ea vſos fuiſſe epiſcopos, vt ſeipſos omnino a rerum terrenarũ contagione ſolutos ac liberos oſtenderent.

Quare variatæ veſtes ſiue virgatæ, iure ipſis prohibitæ fuere, id eſt, ſynthelis toga, de qua ſæpe Martialis, quæ variorum colorum ornamentis diſtinguebatur; ſiue auratæ peragaudæ, barbarico opere, filorum aureorum in textura diſtinctæ, vt C. de veſtibus holoſericis l. 1. & 4. cum aliene a modeſtia & puritate ſacerdotali viderent.

Lib. 10.

Ergo vt e diuerticulo redeamus, ſi ſacerdotes ex Aquilæ interpretatione, ex gentium opibus purpureo ornamento vti debent; iure profecto omnes alios honores ſibi vendicare poterũt, qui ab huiuſmodi ornamẽtis proficiſcuntur. Hoc.n. ornatus genere minores gentium magiſtratus a maio-

maioribus diſtingui, Plutarchus in problematibus Romanis affirmauit. Atq. hoc ſolo nomine Tribunatum plebis quod purpuram nō geſtaret, inter magiſtratus non enumerari, multi itemq. grauiſſimi homines docuerunt. Quare cum ſacerdotes purpura, ex Aquilæ interpretatione, ornari debeant, profectò ſuo iure omnibus alijs honoribus vti potuerunt, qui maioribus gentium magiſtratibus competebant. *P. Manut. in Q. Fra.*

Hinc factum eſt, vt ſacerdotale munus, quod eſt omnium maximum in Romano Pontifice, tēpore Silueſtri, Damaſi, & Innocentij primi, in externum dominatum & ſplēdorem progreſſum fuerit, vt Socrates lib. 7. cap. 11. eſt auctor, & nos paulo inferius demonſtrabimus. Quo etiam tēpore idē in alijs eccleſijs accidiſſe compertū habeo, cum Ioannes Chryſoſtomus, vt ait Nicephorus lib. 12. cap. 36. maximo comitatu & ſplendore ornatus incederet. In Alexandrina quoq. Eccleſia S. Cyrillum epiſcopatum ſumma cum pompa & egregio faſtu ſuſcepiſſe, ait Nicephorus li. 14. cap. 14. vt exinde ſæcularia negocia ad eum publice referrentur: de quo a nobis plura lib. primo de poteſtate coactiua pertractata ſunt.

Hunc tamen ſplēdorem externum, qui ex muneris dignitate deſcendit, epiſcopi primum proprio iure adepti ſunt, deinde Regum beneficentia vberius aſſequuti. Nam cum Reges, teſte Herodiano lib. 3. anteambulonum ſeruitio vterentur, tum vt populum ſubmouerent, tum vel maxime, vt quacunq. iter facturus eſſet Imperator,

denuntiarent populo, ne in proximo loco conſi-ſteret: ſic epiſcopi ob ſummam muneris dignitatem ſeruorum grege ſtipari debuere, non modo vt muneris magnitudinem præſeferrent, verum etiam vt ſecum bonorum operum teſtes adducerent. Si enim ſacerdotes Augurales publicis ſeruis vtebantur, quos Suetonius lib. de claris Grammaticis agens de Cor. Epicadio, Calatores appellat, id eſt, δημοσίους δούλους, vt quotidiana illa veterum gloſſaria teſtantur; nonne & epiſcopi, qui illis multo maiorē in populo dignitatem gerunt, vti debuerunt?

Præterea, ſi Imperatorum ſplendor, ornamenta purpurea, corona, & alia huiuſmodi, quæ in ſacerdotes tranſlata, vel ipſis cōmunicata cenſentur, ab Innocentio III. ſerm. de S. Silueſtro, ſacerdotibus iure conueniunt; mirumne cuipiam erit, ſi illum adorādi cultum, quem ſubditi populi Romanis principibus exhibebāt, nos Romano Pontifici, omnium principum patri & moderatori defferimus?

Quod plane fuit in cauſſa, cur Conſtantinus beatæ memoriæ Imperator, magna animi pietate adductus, illum honorem, quo Principes colebantur, multis itemq. grauioribus cauſſis, Romano Pontifici defferri conſtituit, his verbis: καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν εἰς τὴν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω θεσπίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι οὕτω τὴν ἁγίαν τῶν Ρωμαίων Ἐκκλησίαν, hoc eſt, *& quemadmodum Imperialis maieſtas in terris adoratur et colitur, ſic Romanam eccleſiam coli & adorari de-*

cernimus. Quod etiam Prudentius lib. 1. contra Symmachum Conſtantini, & aliorum Imperatorum pietatem erga eccleſiam eleganter expreſſit:

Deniq. pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera, ſacricolis ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorũ.

Iſtud idem Leo IX. epiſt. aduerſus præſumptionem Michaelis cap. 13. demonſtrauit. *Iuſtũ quippe eſt, vt ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectãt, vbi eorum doctor S. Paulus Apoſtolus pro Chriſto extenſo collo martyrio coronatus eſt. Ac ibi proni & humi ſtrati cæleſtis Regis Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni Regis ſeruiebãt imperio.* Ergo æquum profecto erit, vt ibi gentes oſcula pedibus Romani Pontificis inferant, vbi olim Imperatoribus imprimebant. Idem quoq. alio tamen inſtituto, Paſchalis II. in concilio Lateranen. omnibus Patribus acclamantibus confirmauit, vt omnem errorem ab illorum animis eriperet, qui temere exiſtimabant has omnes ſæculares dignitates, vi quadam, ab Eccleſia vſurpatas fuiſſe: *Eccleſia*, inquit, *primitiua tẽpore martyrũ floruit apud Deũ, & non apud homines; ſed deinde conuerſi Reges, Imperatores, & Romani Principes, matrem ſuam eccleſiam ſicuti boni filij honeſtauerunt, conferendo eccleſiæ Dei prædia, et allodia, ſæculares quoq. honores, et dignitates, Regalia quoque iura & inſignia, quemadmodum Conſtantinus et cæteri fideles, et tunc cœpit Eccleſia Dei florere* *Apud Vrſpergenſem*

tam apud Deum, quam apud homines. Conſtát igitur, nihil ſibi temere arrogaſſe Pontificem, vt cõuiciantur hæretici, nihil præter ius faſq. vendicaſſe, cum primum ex ſui muneris dignitate, deinde principum largitione, hunc cultum & amplitudinem aſſecutus fuerit.

Sed quoniam iam ſatis rationibus & exemplis hinc inde collectis, contra Ioannem Cuſpinianum contẽdimus: reliquum erit, nunc veriſſimis, itemq. certiſſimis ſcripturæ ſacræ tabulis contẽdere, hunc adorandi morem ex ſacrorum librorum auctoritate, & ſanctiſſimorum hominum imitatione deductum.

CAP. V.

Ex varijs prophetarum vaticinijs comprobari Romanis Pontificibus pedũ oſcula deferẽda.

PRIMVM igitur Eſaias c. 49. cum eccleſiæ dignitatem maximis laudibus efferret, huius cultus & adorationis meminit his verbis: *Et erunt Reges nutrices tui et Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabunt te, et puluerem pedum tuorũ lingent.* Hunc locũ omnium Patrũ iudicio atq. conſenſu Procopius Gazeus de eccleſiæ cultu interpretatus eſt: *Nutritios* inquit *Reges et Reginas*

ginas nutrices fore Propheta ſignificat; immo et ipſa gentium imperia, diſtributis demenſis in pauperes, nutritiorum more eccleſiæ ſubſeruitura. Vehemens quoque ſollicitudo nutricum gloriam conciliat, qui genu flexo in eccleſia frontem terræ allidunt, puluerem delingere geſtientes. Ex quibus verbis liquido conſtat, hunc in eccleſia ab initio morem ſeruatum fuiſſe, vt omnes inter adorãdum, cultus gratia, terram fronte contingerent. Quod Euſebius in catena græca pſalmorum aperte demonſtrauit, ſuper illis verbis: *Et adorabunt omnes pingues terræ: Genu*, inquit, *flectentes in eccleſia Dei ſignificauit propheta, in qua flexis genibus, demiſſa in terram fronte, gentes adorare conſueuerunt.* & S. Auguſt. pſal. 43. *Quisquis ita humiliatur ut genua figat adhuc habet quo humilietur; quisquis autem ſic humiliatur vt hæreat in terra uẽter eius, ultra quo humilietur non habet.* vt Amalarius lib. 1. de eccleſiaſticis officijs, c. 14 adorãdi, proſternendiq. conſuetudinẽ, in eccleſia vigere collegit. Ego vero hanc conſuetudinem ex diſciplina militari deductam exiſtimo: cum olim milites victi, ante ſuos victores terram oſculari ſolerent, & toto corpore procumbere quod Latinus Pacatus in Panegyrico docuit his verbis: *At quanto melius manus illa conſuluit, quæ ſubmiſſis precabunda vexillis, petit veniam neceſſitatis, et terram oſculis premens, calcanda veſtigijs tuis corpora et arma proiecit?* Vnde factum arbitror, vt illi qui ad victorũ pedes ruebant, terrã more ſerpentum qui humi decumbunt ac repunt, lin-

Pſal. 21

gere dicerentur. Significat enim lingere, conſternato, & humili corpore in ſignum reuerentiæ & ſeruitutis ſeipſum humillime deijcere, vt Paraphraſtes Caldęus in Micheam cap. 7. ſuper illis verbis: *Lingent terram ſicut ſerpentes*, edocuit: *Lingere, eſt diſtendere ſeipſum in faciem ſuã ſuper terram, more ſerpentum, qui repunt, vt vix a terra ſe poſſint erigere*. S. Cyrillus in Eſaiam lib. 4. *Lingere in faciem procumbere, et velut in terram extenſis manibus ſeipſum proijcere, et pronum adorare*, interpretatus eſt: qua deiecta corporis ſpecie Sion, id eſt, ecclefia adoranda erat a gentibus, vt Hieronymus lib. 14. Eſaiæ ſatis copioſe explicauit: *Omnis ætas, ſexus, et dignitas adorabunt Sion propter eum, qui habitat in ea. Si enim caput eccleſiæ Chriſtus eſt, caput adoratur in corpore; et ſi ad quoſdam dicitur, Exaltare dominum Deum noſtrum, et adorate ſcabellum pedum eius, non quo ſcabellum adorandum eſſet, ſed quo maieſtas pedum eius indicaretur; cur non adoratur eccleſia, quæ totum Chriſti corpus amplectitur? vt impleatur illud Sophoniæ, Adorabunt illum ſinguli de loco ſuo.*

Idem prorſus eodem etiam inſtituto iterum Eſaias cap. 60. eleganter expreſſit, vt eccleſiæ dignitatem indicaret: *Et uenient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, et adorabunt veſtigia pedum tuorum*. Quem locum S. Proſper lib. de promiſſionibus & prædictionibus Dei, parte 3. promiſſ. 36. de Regibus, qui eccleſiam Dei oppugnauerunt, expoſuit. Et B. Auguſtinus de vni

tate eccleſiæ cap. 7. de eiſdem interpretatus eſt. Qui non ſolum ad pedes eccleſiæ ſeipſos proijcere debẽt, verum etiam puluerem lingere, adorare veſtigia, & cultus gratia ſoleas ad oſcula referre. Quod plane S. Cyrillus lib. 5. in Eſaiam, filios, ideſt, Regum poſteros, qui perſecuti ſunt eccleſiam, cum timore & animi quadam ſollicitudine ad eam acceſſuros, & quaſi diuinam ciuitatem ſuſpecturos eſſe confirmat: cum illam, tanquam diuinam Chriſti ſponſam, & luce ſplẽdida fulgentem, vt ait Tobias, veneraturi eſſent.

Id etiam Otho Friſingenſis lib. 4. in prologo teſtatur his verbis: *Vt cognoſcamus non fortuitis caſibus, ſed Dei profundiſſimis ac iuſtiſſimis iudiciis id factum, vide pridie latitantem,* loquitur de S. Silueſtro, *ad quemlibet infimæ conditionis virum fugientem in breui tantæ auctoritatis fieri, vt Regibus imperet, de Regibus iudicet. Vide tantæ a ſæculo venerationis haberi, vt veniant curui, veſtigiaq. pedũ eius in ſolio ſedentis, adorent orbis dñi.*

Huc etiam ſpectat illa de Iacob futura prædictio Gen. 27. *Seruiant tibi populi, adorent te tribus; eſto dominus fratrum tuorum, et incuruentur ante te filij matris tuæ.* Seruiunt quidem populi & gentes; qui eccleſiæ dignitatẽ ſuſcipiunt, adorant tribus, ἄρχοντες, id eſt, principes & terræ magiſtratus, filij quoq. matris eccleſiæ, id eſt, epiſcopi, qui eiuſdem ſunt dignitatis & muneris, Pontifici Romano, qui toti orbi Chriſti loco præponitur, tanquam parenti & domino, cultum & obedientiã deferunt, vt ſuo loco demõſtrabimus.

CAP. VI.

Veterum Patrum exemplo conſtare præſtantiſſimis viris adorationis cultum exhibendum.

SVPEREST, vt quod Prophetarum vaticinijs demõſtratum eſt, id quoq. veterum exemplis, quibus maxime hominum animi excitantur, comprobemus. Patres qui pietate ac religione plurimum poterant, illos qui iure publico, priuatoq. reliquis præerant, vel aliqua dignitate aut virtute pollebant, adorationis ampliſſimo cultu
Gen. 18. venerabantur. Abraham tribus viris obuiam factus, illos in terram decidens, adorauit. Idem
Gen. 19. pro agro, quem emit a filijs Chet, ſepties in terram cecidit. Loth duos adoleſcentes pronus in
Gen. 33 terram, domi excepit. Iacob aduentantem fra-
43 trem ſuum Eſau ſepties adorauit: filij quoq. Lię in patrui proſpectu incuruati ſunt. Ioſeph & Rachel venerationis cauſſa humi corruerunt. Ioſepho nõ modo pater & fratres ſimul ac iterum, vt diuino in ſomnio prædictum erat, cuncta venerationis officia exhibuerunt; ſed Ægyptij quoque flexis genibus eundem vt alterum mundi ſaluatorem ſummis obſequijs venerati ſunt. Iaco-

bum

bum patrē ſenio cōfectū ac iam iam morti proximū, Ioſeph pronus in terrā coluit; cū paulo poſt antea quā obiret mortem, ſenex faſtigiū virgę Ioſeph, vt ait Apoſtolus, adoraſſet. Nō quod lignū aridū coleret, vt ait Hadrianus Papa in epiſt. ad Irenem, ſed quod tenentem illud in ſignum dilectionis, vel regnū illius in ſuis filijs, veneraret. *ad Heb. 11.*

Hic vero adorationis vſus, vt ait Taraſius Patriarcha Cōſtantinopolitanus, ex timore, ex gratia, & deſiderio habet originem. Nam Iacob pertimeſcens Eſau fratris inſidias, illum adorauit. Abraham pro gratia & beneficio ſibi collato a filijs Chet, eos coluit. Iacob ſperans ſe beneficium accepturum a Rege Pharaone, illum veneratus eſt. Dauid ter adorauit Ionatham, cum ab eo multis beneficijs cumulatus eſſet.

Præterea hic adorandi ritus ſignificat principatum, vel ſummam in republica dignitatē, qualis Geneſ. 49. Iudæ a patre morituro prædicebatur, his verbis: *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum, & adorabunt te filij patris tui*: cum ob regiā perſonam & dignitatem, quæ futura erat in tribu Iudæ, adoratio deferēda eſſet. Hinc Abigail, vt Dauidis animum commotum inflecteret, eique honorem qui regibus debetur, deferret, *procidit ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecidit ad pedes eius*. Quibus ſane ſcripturæ verbis exacta adorationis forma deſcribitur, cū ipſa humi procumbens, ac in faciem corruens, Dauidem omni venerationis officio coluerit. Ornam cum primum Deum adoraſſet, regem *1. Reg. 25.*

CAP. VI.

Veterum Patrum exemplo conſtare præſtantiſſimis viris adorationis cultum exhibendum.

SVPEREST, vt quod Prophetarum vaticinijs demõſtratum eſt, id quoq; veterum exemplis, quibus maxime hominum animi excitantur, comprobemus. Patres qui pietate ac religione plurimum poterant, illos qui iure publico, priuatoq; reliquis præerant, vel aliqua dignitate aut virtute pollebant, adorationis ampliſſimo cultu

Gen. 18. venerabantur. Abraham tribus viris obuiam factus, illos in terram decidens, adorauit. Idem

Gen. 19. pro agro, quem emit a filijs Chet, ſepties in terram cecidit. Loth duos adoleſcentes pronus in

Gen. 33 terram, domi excepit. Iacob aduentantem fra-

43 trem ſuum Eſau ſepties adorauit: filij quoq; Lię in patrui proſpectu incuruati ſunt. Ioſeph & Rachel venerationis cauſſa humi corruerunt. Ioſepho nõ modo pater & fratres ſimul ac iterum, vt diuino in ſomnio prædictum erat, cuncta venerationis officia exhibuerunt; ſed Ægyptij quoque flexis genibus eundem vt alterum mundi ſaluatorem ſummis obſequijs venerati ſunt. Iaco-

bum patrē ſenio cōfectū ac iam iam morti proximū, Ioſeph pronus in terrā coluit; cū paulo poſt antea quā obiret mortem, ſenex faſtigiū virgę Ioſeph, vt ait Apoſtolus, adoraſſet. Nō quod lignū aridū coleret, vt ait Hadrianus Papa in epiſt. ad Irenem, ſed quod tenentem illud in ſignum dilectionis, vel regnū illius in ſuis filijs, veneraret. *ad Heb. 11.*

Hic vero adorationis vſus, vt ait Taraſius Patriarcha Cōſtantinopolitanus, ex timore, ex gratia, & deſiderio habet originem. Nam Iacob pertimeſcens Eſau fratris inſidias, illum adorauit. Abraham pro gratia & beneficio ſibi collato a filijs Chet, eos coluit. Iacob ſperans ſe beneficium accepturum a Rege Pharaone, illum veneratus eſt. Dauid ter adorauit Ionatham, cum ab eo multis beneficijs cumulatus eſſet.

Præterea hic adorandi ritus ſignificat principatum, vel ſummam in republica dignitatē, qualis Geneſ. 49. Iudæ a patre morituro prædicebatur, his verbis: *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum; & adorabunt te filij patris tui*: cum ob regiā perſonam & dignitatem, quæ futura erat in tribu Iudæ, adoratio deferēda eſſet. Hinc Abigail, vt Dauidis animum commotum inflecteret, eique honorem qui regibus debetur, deferret, *procidit ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecidit ad pedes eius*. Quibus ſane ſcripturæ verbis exacta adorationis forma deſcribitur, cū ipſa humi procumbens, ac in faciem corruens, Dauidem omni venerationis officio coluerit. Ornam cum primum Deum adoraſſet, regem *1. Reg. 25.*

quoq. pronus in terram veneratus eſt, vt ſacrã ſcriptura commemorat.

S. Anaſtaſius epiſcopus Theopoleos quibuſdam ſatisfaciens quæſtionibus per epiſtolam, adorationem non ſolum Deo, ſed etiam hominibus deferendam demonſtrauit his verbis: *Nemo offendatur adorationis vocabulo, ſi quidem & Deos & homines & Angelos ſanctos adoramus, nõ tamen omnibus λατρείαν, hoc eſt, cultum diuinum exhibemus. Dicit enim ſcriptura, Deum tuum adorabis, & illi ſoli λατρείαν, præſtabis. Quo in loco diligenter obſeruandum eſt, poſteriori voci dictionẽ ſolum adiectam fuiſſe, quæ tamen in adoratione erat omiſſa. Quare licet nobis adorare homines, cum nihil aliud ſit adoratio, quam honoris alicui exhibiti, quaſi emphaſis & excellentia: λατρεία vero nequaquam hominibus deferri debet, quia nulla ratione licet eos θρησκεύειν quod proprie eſt precibus, votis, & ſacrificijs colere.* Hæc Anaſtaſius. S. Auguſtinus q. 61. ſuper Geneſ. λατρείαν nominat adorationem ſeruituti coniunctã. λάτρις enim, vt ait Pollux, & etymologicum magnum, ſeruus eſt precio emptus, qui domini nutum diligenter obſeruat, ac propterea λατρεία ἀπὸ λα καὶ τοῦ πρὸς καὶ

Pſ. 122 βλέπω, id eſt, ab eo quod quis attente domini nutum obſeruat & intuetur dicta eſt, vel a nomine λάτρον, quod precium ſignificat. Hæc vero rebus ſacris accommodata vox, vt in Exodum q. 86. ait Auguſtinus, ſeruitutem ſacrificijs quibuſdam annexam ſignificat, quæ ſola Deo debetur: quod plane ex ſacræ ſcripturæ obſeruationẽ

dedu-

deducitur. Nam λατρέιω, ſeruitutem cum religioſo cultu ex animo exhibitam, denotat, vt Act. 27. *Aſtitit mihi Angelus Dei, cui ſeruio, & cuius ſum,* οὗ εἰμὶ ὧ ϗ λατρέυω, ſeruiebat enim Deo, cuius obſequio ex animo erat obnoxius. Sic ad Rom. 1. *Teſtis eſt Deus, cui ſeruio* λατρέυω *in ſpiritu*, id eſt, ex animo. Ea enim in re λατρέια, & adoratio differunt, vt ait Origenes hom. 8. in Exod. quod poteſt quis interdum inuitus & ſimulate exterius adorare, λατρέυειν ſiue colere, non poteſt, cũ iſtud ſit Deo, tota mentis affectu, atque ſtudio mancipari. Inde λατρεία, obſequium dicitur, quod eſt teſte Tertulliano lib. de patientia, artificium promerendi morigeraque ſubiectio. Qua voce apud Ioannem cap. 15. vſus eſt vulgatus interpres, *Arbitrantur*, inquit, *ſe obſequium* λατρείαν *præſtare Deo*, vbi Lucifer lib. 1. officium legit loco latriæ, & ad Roman. 9. Iſraelitis, quibus data erat lex, quibus adoptio filiorum Dei, gloria & teſtamentum, eiſdem obſequium λατρείαν, id eſt, morum ſubiectionem, & promerendi artem datam enumerat; & ad Rom. 12 *Rationabile obſequium*, id eſt ſpiritualem λατρείαν Deo deferendam eſſe iubet, cum ipſe ſit ſpiritus, & in ſpiritu & veritate coli debeat.

CAP.

CAP. VII.

Ex Chriſti Dei opt. max. imitatione & exemplo pedum oſcula Pontifici deferenda.

QVAM ob rem, cum ex veteris legis exemplo, ſatis liquido cõſtet, hunc adorandi cultũ præſtantiſſimis viris deferendum: ſupereſt modo, vt illum ex Chriſti imitatione in eccleſiã inductum oſtendam. Reuoluamus igitur euangelij codices, in quibus ſalutem contineri credimus, Chriſti quoq; actiones ſatis omnibus notas perpendamus; vt inde facile colligere poſſimus, hunc cultum externũ Pontifici maximo ex Chriſti imitatione deberi. Qui ſtatim ac in hanc lucẽ editus fuit, non tam ab angelis, quem vnigenitum Dei filium agnoſcebant, ſed etiam ſtella duce a Regibus adoratus eſt, vt eum Regem, hominem ac Deum oblatis muneribus oſtenderent. *ad Heb. 1.* *Et procidentes*, inquit Matthæus, *adorauerunt eum*, id eſt, poſitis genibus, prono capite, flexa ceruice, humi ruentes oſcula detulerunt. Id enim in euangelio proprie ádorare dicitur, alicui ceruicem flectere, vel prono capite humi procumbere, aut oſculari; quod ex voce, quæ proxime

xime antecedit aperte colligitur, *et procidentes* πεσόντες, id eſt, humi decumbentes, depreſſaq. humi facie adorauerunt. Cuius vocis proprietatem Nonnus Panopolites exponens Ioannis verba cap. 4. *adorabunt in ſpiritu & veritate*, eleganter explicauit.

> καὶ νῦν ἄγχι βέβηκεν, ἀληθέες ὁππότε μύσται
> ξυνὸν ὑποκλινέουσι λιτήσιον αὐχένα γαίῃ,
> αὐχένα δοχμωθέντα καθελκομένοιο καρήνου
> πάντες ἀληθείῃ καὶ πνεύματι. μυστιπόλους γὰρ
> τοίους ὑψιμέδων ἐθέλει θεὸς, οἵ τινες αὐτῷ
> ἀκροπαγῆ κάμπτουσι συνήορα γούνατα γαίῃ,
> πνεύματι θεσπεσίῳ, καὶ ἀληθέι μάρτυρι φωνῇ,

> *Nunc prope acceſſit, veri quoniam myſteriorum periti*
> *Sociam inclinabũt ſupplicantem ceruicẽ terræ,*
> *Ceruicem flexam deorſum tracto capite*
> *Omnes veritate, & ſpiritu. ſacrificos enim*
> *Tales omnipotens vult Deus, qui ipſimet*
> *Per ſumma fixa flectant genua in terram,*
> *In pauimento deorſum depreſſa facie.*

Idem etiã conſtat illius peccatricis exemplo, quæ publice notabatur infamia, quæ apud Lucã cap. 7. cum veniam peccatorum a Chriſto depoſceret, *ſtans retro ſecus pedes domini lachrymis* *Plutar. in conuiualib.* *cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & vnguento vngebat.* Stabat quidem peccatrix, quia Chriſti pedibus humi obuolui non *V. Max. lib. 2.* poterat; cum de more veteres in eminentibus atque editis lectis ad menſam accumberent. Sed quid ad hanc Chriſtus, num eam repulit? num

ob fa-

ob factum excluſit, aut intempeſtiue accedentẽ, aut temere irruentem conuiuio amoliri iuſſit? aut ſibi pedum oſcula deferri prohibuit? Audi quid hoſpiti, a quo illa criminis rea facta fuit, Chriſtus obiecerit. *Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, hæc autem rigauit lachrymis pedes meos; et capillis ſuis terſit: oſculum mihi non dediſti*, cum hoſpites oſculis ſuauiſſimis exciperentur, *hæc autẽ ex quo intraui, non ceſſauit pedes meos oſculari.* Cuius rei cauſſa omnia peccata ei condonaui, cũ ardentiſſimo amoris incendio flagraret. Nam quæ maior poterat eſſe dilectio, aut quo maiori argumento animi ardorem prodere, quam cum oſculis pedes figeret, lachrymis inundaret, vnguento perduceret?

Ad hæc cæcus ille, cui oculorũ lumina Chriſtus a natiuitate amiſſa reſtituit, procidens adorauit Dominum, id eſt, pedes Chriſti domini tenens, oſculatus eſt; vt Nonnus Panopolites in cap. 9. euangelij Ioannis explicauit.

κοίρανε, πιστεύω· κεφαλὴν δ' ἐπὶ γαῖαν ἐρείσας,
καὶ πόσιν ἀμβροσίοις κυρτούμενον αὐχένα κάμψας,
φαιδρὰ πολυρραφέων προσεπτύξατο ταρσὰ πεδίλων.

Domine credo, dixit, caputq. terræ admouens
Et pedibus immortalibus curuatam ceruicem flectens,
Nitidum tarſum amplexus eſt calceorum.

Idem diſcipuli, qui vna cum Domino in nauicula tranſuecti erant, vt Matth. 13. legimus, præſtiterunt ex animo; cum quoq. cultum Cha-

nanæa & filiorum Zebedæi mater exhibuit; mu lieres præterea diuites, quæ de facultatibus ſuis Chriſto miniſtrabāt, inter quas erat vxor regij procuratoris, vt refert Tertullianus, poſt Domini reſurrectionem, eius pedes tenentes illum adorauerunt. Cuius rei cauſſam cum Theophilactus inquireret, ita ait: *Quare illæ cum plurima reuerentia, & honore Chriſtum colerent, eius pedes tenuerunt? quia ob ſummam erga Chriſtum dominum reuerentiam et cultum nullas alias corporis partes contingere ſunt auſæ, cum pedes omnium partium corporis infimi ſint atq. extremi*: eas vero pedes Domini oſculis contigiſſe eccleſia in hymno reſurectionis teſtatur. Lib. 4. aduerſus Marcionem.

Illæ dum pergunt concitæ.
Apoſtolis hoc dicere,
Videntes eum viuere
Oſculantur pedes Domini.

Quæ ſane cum de Chriſto domino diuina atque ſublimia cogitarent, ad pedum amplexum admittuntur; Magdalena cum viuentem cum mortuis anxie inter tumulos quæreret, a tactu repellitur. *Noli*, inquit, *me tangere. non potes*, ait S. Maximus Taurinenſis, *me corporis tenere complexibus, quem fidei perfectione non tangis. Nondum enim aſcendi ad patrem, cum apud fidem tuam detineat in ſepulchro. Nam dum inter tumulos quæris, inter inferna ſcrutaris, ad patrem aſcendiſſe non credis*. Etenim terrenis cogitationibus inhærebat Maria, cum potius Chriſti corpus ſublatum, quam a mortuis excitatum crederet. Hom. de ſepu. dom. Bernard. ſer mo. 28. in Cant.

Ex-

Ex quare Innoc. III. lib. 2. myſteriorũ Miſſæ cap. 37. cum hanc oſculandi pedũ conſuetudinem, huius facti exemplo, & imitatione deduxiſſet, ita ait: *Subdiaconus vel diaconus, non manus, ſed pedes Romani Pontificis oſculatur; vt ſummo Pontifici ſummam exhibeat reuerentiam, et eum illius oſtendat eſſe vicarium, cuius pedes oſculatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix. Adorandum eſt enim ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt; cuius pedes tenẽtes mulieres reſurgentem a mortuis adorauerunt.* Et lib. 2. myſteriorũ Miſſæ cap. 30. aliam haud fere diſſimilem huius rei cauſſam adduxit his verbis: *Quod autem ſubdiaconus cum Acolutho ad epiſcopum accedit, illud inſinuat, quod Ioannes cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, duos ex diſcipulis ſuis miſit. Quia vero dextera domini facit virtutem, ideo ſubdiaconus oſculatur dexteram; quia vero per viſa miracula cognouit hunc eſſe, de quo magiſter prædixerat, qui poſt me venit ante me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere, pronus ad pedes calciamentum Romani Pontificis oſculatur.*

Hanc vero conſuetudinem vetuſtiſſimam fuiſſe, ex Ordine Romano, ante Gelaſium Papam conſcripto & edito, aperte & palam confirmari poteſt. Nam in Ordine proceſſionis, ita conſtituitur: *Diaconus oſculans pedes Pontificis, petitaq. benedictione venit ante altare.* In ordine vero, qualiter Miſſa celebratur: *Deinde diaconus oſculatur pedes Pontificis, et tacite dicit Pontifex. Dominus ſit in corde tuo.* Et in ordine qui in alijs

eccle-

eccleſijs ſeruari debet, ita habetur. *Accedit Archidiaconus et genuflexo ante epiſcopum, regat veſtimenta eius, et præbens ſe ad pedem reuertatur.* & paulo poſt *Accedat Diaconus et adorato altari, genuflectens ante epiſcopum, accipiat benedictionem, et præbens ſe ad pedem eius, et adhibente manum epiſcopo, eam oſculatur.* ita quod in alijs eccleſijs diaconus ſe promptum ad pedē epiſcopi oſculandum præbeat neceſſe eſt, cum tantū manum oſculari debeat, in eccleſia vero Romana, vbi Apoſtolica viget auctoritas, pedem venerari oportet.

Hæc tamen omnia huc redeunt, vt ex Chriſti imitatione hunc morem deductum fuiſſe confirmemus; atq. exinde conſtet, quemadmodū multa præcepta, ſemina præceptorum, argumenta, & exempla, ex Chriſti imitatione in eccleſię conſuetudinem penetrarunt; ſic quoq. hunc cultū ad Romanos Pontifices permanaſſe: cum ſacerdotum veſtitus, cęremoniæ, ſtatæ ſolemnitates, ritus varij in eccleſiam ex Chriſti exemplo & auctoritate introducti fuerint: vt Carolus Magnus epiſt. de ritibus eccleſię & cęremonijs explicauit. Vnde enim, vt ſenſum potius quam verba Tertulliani lib. 5. aduerſus Marcionem, cōplectar, mulieres viris ſubiectas confirmat Paulus? quia vir caput eſt mulieris. Hoc plane, vnde deducitur? quia Chriſtus caput eſt eccleſiæ. Propterea etiam nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet, ſicuti Chriſtus eccleſiam. Addit pręterea: *Nemo non diligit imaginem ſponſæ? immo et*

mo et

mo et ſeruabit illam, et honorabit, et coronabit: habet enim ſimilitudo cum veritatis honore cōſortium. Ergo ſi Chriſti pedibus oſcula deferuntur, nonne & eccleſiæ, quæ non modo ſimilitudo eſt ſpōſi, ſed os de oſſibus eius, & caro de carne?

De qua cum vaticinaretur Tobias cap. 13. ita ait: *Luce ſplendida fulgebis, et omnes fines terræ adorabunt te, nationes e longinquo ad te venient, et munera deferentes adorabunt in te dominum, et terram tuam in ſanctificatione habebunt.* Hæc vero de eccleſia Romana ad cuius clauum ſummi Pontifices ſedent, intelligenda eſſe; omnium hominum iudicio atq. conſenſu confirmatum eſt; cum ad eam tanquam ad ſacroſanctam Chriſti ſponſam adorandam accedant, & ad Romani Pontifices ruant veſtigia, vt eius benedictionibus cumulentur.

Vnde Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſt. 7. ad Nicolaum Pontificem huius nominis primum, quam ex manuſcripto exemplari tranſtuli, hunc adorandi ritum venerabilium Pontificis maximi pedum fruitionem, appellauit his verbis: *Quo circa oportet a veſtra omnibus quam gratiſſima ſanctitate optimum ordinem eccleſiaſticum vbiq. ſeruari, et canonum rectitudinē cuſtodiri, ne aliqui hinc ſine litteris commendatitijs ad eccleſiam Romanam accedentes, familiariter ſuſcipiantur, neve ſub hoſpitalitatis ſpecie inimicitiarum ſemina diffundant. Quod ſi quilibet noſtrū ad tuam paternam beatitudinem proficiſci, et tuis uenerabilibus pedum ueſtigijs frui uoluerit, mihi quam*

maxime iucundum erit, immo præ alijs omnibus rebus decorum; ſine noſtro tamen conſenſu, & abſq. litteris commendatitijs, non item. Hæc Photius. Quid aũt eſt τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν, hoc eſt, venerabilibus veſtigijs ſiue calceis perfrui, niſi pedibus ſummi ſacerdotis aduolui, & ibi ſumma cum animi pietate defixis oſculis inhærere?

Præterea Apoſtolorum factum in exemplum trahi poteſt, nam Matth. cap. 28. legimus Apoſtolos Dominũ adoraſſe, id eſt, ſupplices palmas porrexiſſe, & genibus terram petiuiſſe; Chriſti pedibus obuolutos. Et Lucas 24. loquẽs de Apoſtolis, *& ipſi adorantes eum reuerſi ſunt.* Quo in loco venerabilis Beda affirmat ab Apoſtolis locum, qui diuinis plantis erat ſignatus, qui nunquam tegi marmore potuit; ſed excuſſis lateribus impreſſam veſtigiorum Domini imaginẽ ſeruabat, vt ait Paulinus epiſt. 11. & Sulpitius lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ, religioſiſſime cultum fuiſſe. Si enim teſte Ambroſio in epiſt. ad Marcellinã, oſculis Chriſtiani ruunt in altaria, & limina eccleſiæ oſculis pietatis cauſſa petũt; quis poterit negare Apoſtolos Chriſti pedes, & locum plantis ſignatũ oſculis minime contigiſſe? Quis inficiari eodem pacto adorandos non eſſe diuinos, maximosq. ſacerdotes, qui Spiritus ſancti templa ſunt, & vberrimi fontes gratiarum?

Sed hæc noſtri temporis hæreticis ſtomachũ faciunt; qui diuinorum numinum contemptores cum ſint, in eas diras imprecationes incurrunt, quas idem Propheta, ob neglectam religio-

nem violatoribus imprecatur. *Maledicti qui contempſerint te, & condemnati erunt omnes qui blaſphemauerint te, & benedicti omnes qui ædificauerint te.* Etenim qui deteſtantur hunc cultũ, quem nos Romano Pontifici Chriſti imitatione deferimus, condemnati erunt; cum ex Chriſti contemptu & neglectu religionis, hæc inobedientia originem ducat. E contrà, benedicti omnes qui Eccleſiam ſuſpiciunt, eiusq. præpoſitum Pontificẽ maximum venerantur. Nam *ſicut qui theſaurizat,* vt ait Eccleſiaſticus cap. 3. *ita qui honorificat matrem ſuam, & qui timet Dominum honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruiet ijs qui ſe genuerunt. Ab iſtis enim benedictio, et maledictio,* cum illi precibus Deum nobis concilient, atq. etiam imprecationibus auertant. *Benedictio enim patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Vnde Eſaias cap. 60. vt illis metum incuteret, qui neglecta religione eccleſiam contemnunt, ita ait: *Gens et regnum quod non ſeruierit tibi peribit, et gentes ſolitudine vaſtabuntur.* Quem locum B. Hieronymus de Apoſtolica dignitate interpretatus eſt, his verbis. *Gentes et reges earũ, qui ſeruire eccleſiæ noluerint bonã et vtilẽ ſeruitutem, vt in Apoſtolicã transferatur dignitatẽ, peribunt ea perditione, quæ impijs præparata eſt: Et quidquid in eis fuerit, redigetur in ſolitudinem, quia habere noluerunt hoſpitem Deum.* Sed paululum ſiſte, eaq. verba perpende, *in Apoſtolicam dignitatem,* vt inde Hæreticorum peruicaciam, qua huic Romanæ eccleſiæ, eiusq. Apoſtolicæ dignitati

de-

detrahere contendunt, vna cum maxima atq. funeſta eorum calamitate coniunctam agnoſcas. Hinc acerba atque diuturna excitata ſunt bella, hinc rapinæ, clades, incendia ſecuta, vt quo tandem tanta populorum eruptura ſit vaſtitas, ignoremus.

Enimuero qui Chriſti Apoſtolũ negligit, Chriſtum Dominum negligit: & e contra, qui ſuſcipit Apoſtolum, Deum hoſpitem ſuſcipit, Dei angelum colit, vt Paulus ad Galat 4. affirmauit. *Sicut angelum Dei accepiſtis me; ſicut Chriſtum Ieſum. Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.* Ergo cũ illæ gentes Apoſtolũ Paulum oculis cariorẽ haberent, eiq. omnem honorem impenderent, omni profecto obſequio, omni reuerentia, omni deniq. obedientia proſequebantur, tanquam angelum Dei, quem veteres proni in terram adorabant; tanquam Chriſtum Ieſum, cuius pedibus Apoſtoli obuoluebantur.

C A P. V I I I.

Apoſtolis ex Chriſti imitatione cultum hunc exhibitum fuiſſe.

EX ijs quæ ſatis diffuſe docuimus, aperte colligitur, Chriſto Domino ſuapte natura, adorationis cultum exhibitum; eccleſiæ vero, eiusq. primatibus, ob ſummam dignitatem, quam à Domino acceperunt. Quę cum maxime eſſet inſignis, merito eius cauſſa Apoſtoli ſummũ principatum in Chriſti regno adepti ſunt, vt ſumma miracula edere, fidem religionemq. propagare, & repugnãtes ſpiritui ſancto, vel ſolo verbo coercere poſſent. De quibus Chriſtus apud Ioannem. Cap. 17 ***Ego***, inquit, ***gloriam***, hoc eſt, ſpiritum ſanctum, vt interpretatur S. Gregorius Nyſſenus, ***quam dedit mihi pater, dedi eis***. Cum tanto honore ab omnibus culti, tanto etiam in pretio habiti fuerint, vt non ſolum in omnes populos eorum illuſtris fama peruaſerit; ſed etiam ipſi primitias ſpiritus ſancti habentes, in eccleſia Chriſti poteſtate functi, regnauerint. ***Oportet*** inquit Paulus 1. ad Corinth. 15. ***illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius: cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia.*** Hunc locum S. Gregorius Nyſſenus

nus & S. Ioannes Chryſoſtomus elegātiſſima homilia de Chriſti corpore, hoc eſt, Eccleſia & Apoſtolis, Interpretati ſunt; cum ea quæ in eccleſia fiant referantur in Chriſtum, & qui pietatis cauſſa eccleſiæ pedibus obuoluuntur, eamq. venerantur, Chriſtum quoq. colant, venerenturq. Sic Tertullianus: *Cum te*, ait, *ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras*. Ergo cum Pauli locus eccleſię poteſtatem expreſſerit merito ipſa reluctātes & contumaces hoſtes pedibus trahere, & ſub ſua poteſtate nationes omnes ſubijcere, & coercere poterit; donec tandem ſubditi populi pro eius dignitate manus ſupplices tendant, & humiliter pedum veſtigia oſculentur. Quos plane ſi minus iuſto eccleſiæ deferant, ipſa propria auctoritate confringere & conterere poterit, vel glutiens in ſua membra conuertere; quia primo totius orbis magiſtro & anteceſſori Petro dictum eſt: *Occide et manduca*. Tunc occidit Petrus, cum impiorum reprimit conatus, gladij pœna tranſuerberat, & colla furore turgentia, pedibus contundit & comprimit; vt illa oracula de Apoſtolis prædicta firmitatem obtinerent; *Confringam inimicos meos, & non poterunt ſtare; cadent ſubtus pedes meos*. & pſalm. 46. *Subiecit populos nobis, gentes ſub pedibus noſtris*. Id vero religionis potiſſimum cauſſa accidiſſe, Aurelius Prudentius in Pſychomachia ſub fidei & idololatriæ perſonis, eleganter expreſſit, his carminibus:

Lib. de Pænit.

Pſal. 17

Ecce laceſſentem, collatis viribus, audet

Prima ferire fidem, veterum cultura Deorũ;
Illa hoſtile caput, phalerataq. tempora vittis
Altior inſurgens labefactat, & ora cruore
De pecudũ ſatiata ſolo applicat, et pede calcat
Eliſios in mortem oculos, animamq. malignam
Fracta intercepti commercia gutturis arctãt,
Difficilemq. obitum ſuſpiria longa fatigant.

Philaſtrius hæreſi vltima. Sed hanc poteſtatem inſignẽ Apoſtolis a Chriſto domino traditam fuiſſe, Lucas cap. 10. teſtatur his verbis: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, ſcorpiones, et omnem poteſtatem inimici.* Serpentes quidem calcare dicuntur Apoſtoli, cum aduerſa mundi imperia, regnaq. ſublimia, vt Lucifer Calaritanus interpretatur, expugnant; paulatimq. fidei iugo ſubijciunt; donec tandem totum orbem ſubactum ac victum, Deo patri reſtituant: vt Eſaias de Romano imperio vaticinatus eſt, his verbis: *Humiliata eſt ſublimis ciuitas, calcauit eam pes pedum pauperum greſſus egenorum.* Rabbi Solomon Romã eiuſq. militarẽ poteſtatẽ a Meſſia & Apoſtolis protritã atq. depulſam fuiſſe teſtatur; cui interpretationi ſubſcripſit Galatin. li. 4. de arcanis catholicę veritatis c. 27. his verbis: *Tunc. n. pes pedũ pauperis, id eſt, regis Meſſiæ Romã atq. Italiã humiliauit, cum ſublimitas Romani Imperij cælũ pene tangens, iugo Chriſtianæ fidei humiliter collum ſubmiſit, vſq. ad pauperũ & humilium Chriſti vices gerentium pedum oſcula.* *Eſai. 26*

Enimuero in tantam Apoſtolorum admirationem traductæ ſunt gentes, tanta etiam animi pietate gregis dominici principes coluerunt; vt

vix

vix ad eos accedere, illosq. præter extremas corporis partes, & veſtimentorum fimbrias contingere auderent. Vnde factum arbitror, vt eorum quæ venderentur pretia, non ad Apoſtolorum manus conferre, ſed ad pedes proijcere conſueuerint populi, cum eorum maximam dignitatẽ admirarẽtur. Quod Theophilactus in actis Apoſtolicis explicans ea verba, *et allata pretia rerum, quæ vendebantur*, teſtatur his verbis: *Hic locus magnum honorem et reuerentiam et religionem apportantium ſignificat, quod ne in manus quidem tradere pretia audebant, ſed iuxta pedes eorum ponebant, illos dominos et diſpenſatores efficientes.* Ex hoc vero Apoſtolorum exemplo vetuſtiſſimam conſuetudinem in eccleſiam Romanam penetraſſe; Innocentius III. lib. I I. myſteriorum Miſſę cap. 37. confirmauit his verbis: *Generaliter nemo poteſt manus Summi Pontificis oſculari, niſi cum de manibus eius aliquid accipit, & ad manus eius aliquid tribuit, vt oſtendatur quod de vtroq. debemus gratias exhibere. Quia ſicuti dat propria, ſic nunquam recipit aliena. Ipſe vero Pontifex præter oblationem panis nullam aliam oblationem manibus tãgit, niſi quæ pro defunctis offertur. Quam ideo manibus accipit, vt eorum ſugillet errorem, qui dogmatizant eleemoſynas non valere defunctis. Cæteras autẽ oblationes ad pedes accipit propter illud, quod in actibus Apoſtolorum habetur, quoniã adferebant pretia eorum, quæ vendebantur, & ponebant ante pedes Apoſtolorum.* Vides ergo veterem morem eccleſiaſtica conſuetudine confirmatum, cum

rationi conſentaneũ fuerit, eos qui eandem perſonam ac dignitatem gerunt, ſimili ritu & reuerentia coli.

Præterea, vt noſtrum inſtitutum diffuſius proſequamur, Stephanas cuſtos carceris cum terremotu concuti omnia ſentiret., cum viam vitæ a Paulo & Sila poſtularet, ad eorũ pedes Act. cap. 16. deprecans miſericordiam, iacuit; quin eum Apoſtoli prohiberẽt, aut eius factum vitio verterent. Sic etiam Cornelius centurio ad pedes Apoſtoli venerationis cauſſa corruit: qui tametſi prohibitus eſſe videatur, non quidem fuit ab ea adoratione, quæ Petro iure debebatur, ſed obſtitit Apoſtolus, ne in ea re perſiſteret, quæ poterat eſſe occaſioni, vt in impietatem laberetur. Quod ſane vel ex ipſo contextu hæretici, qui nos hoc exemplo impugnant, obſeruare potuerunt: prius Cornelium occurriſſe, deinde ſtratum ad pedes, tum ab Apoſtolo ſubleuatum, vt illi ex animo errorem eriperet, quo ſibi perſuaſerant Petrum Deũ eſſe. Ergo ipſi ruenti ad pedes, non obſtitit Petrus, ſed per errorem, honorem qui Deo debetur ſibi deferentem erexit humo dicens: *Surge ne feceris, & ego ipſe homo ſum.* Sic Paulus act. 16. vociferabatur Lyſtris, *nos homines ſumus*, vt a ſacrificio turbas cohiberet. Quo in loco Theophylactus cenſet Petrum hoc facto alios docuiſſe μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτῶν φαντάζεσθαι. Ne quid maius, quam par eſſet de ipſis Apoſtolis conciperent, atq. animo cogitarent. Sed de hac re copioſius capite vltimo.

Ad

Ad hæc, cap. 14. Paulo lapidibus pene occiſo, cum ipſe iterum in Vrbem ingredi properaſſet, pedibus circũfuſi diſcipuli obſtiterunt. Id enim κυκλωσάντων δὲ αὐτῷ, & in noſtra vulgata, *circũdantibus autem diſcipulis*, circumfuſos pedibus diſcipulos ei repugnaſſe intelligimus.

Sed hæc quidem vnius vel alterius hominis geſta ſunt. At vero cũ primum fines terræ Petri fama peruaſit, & eius auctoritas ab omnib. agnoſci cœpit; tunc omnes gẽtes eum adorare, & cultus gratia pedes oſculari cœperunt, teſte Auguſtino tom. 10. ſerm. 25. *Itaque*, inquit, *quis iam deſperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? nam beatum Petrum piſcatorem, modo genibus prouolutis, adorat gentium multitudo credentium.* Et tom. 2. epiſt. 42. *Imperij*, ait, *nobiliſſimi eminentiſſimum culmen, nunc videtur ad ſepulturã piſcatoris Petri, ſubmiſſo diademate, ſupplicare.* Quod etiam S. Chryſoſtomus tom. 5. in oratione contra gentes affirmat. *Romæ, quæ vrbium eſt regaliſſima, relictis omnibus, ad ſepulchra piſcatoris & pellionis currunt Reges, & præſides & milites. & Conſtantinopoli Reges noſtri magnam gratiã putant, ſi extra Apoſtolorum veſtibula, corpora ſua ſepeliantur, fiantq. piſcatorum oſtiarij.* hæc ille.

Sed hæc alijs exẽplis illuſtremus Clemens Roman. ad Petri veſtigia volutatus obnixe repugnabat, ne ſibi tantã, ac tã grauẽ regiminis curã imponeret. *Epiſt. ad Iacobũ.* Stephanus Lemouicenſiũ dux, vna cũ exercitu, Vaticanũ ingreſſus, magna cu humilitate nudis pedibus, indutuſq. cilicio, ſe ad pedes

Petri

Petri proiecit, vt Aurelianus Epiſcopus in vita S. Martialis eſt auctor. Tripoli homines, qui longo tẽpore a dæmonibus vexabantur, in terrã ad pedes Petri proruebant. Mulieres in inſula Ancharadi nomine, ante pedes Petri ſtratæ, eos oſculis petiuerunt. Mulier, quam Apoſtolus ſanitati reſtituit, ad eius decidens pedes, retulit gratiam.

Ad hæc, populi Myrmidonum & Philippenſium remiſſionem delicti petentes & viam vitæ poſtulantes, ſeſe ad pedes Andreæ demiſerunt. Proconſul Amaſæorum pedibus eiuſdem Apoſtoli prouolutus, gratiã exorabat. Demetrius procidens cum lachrymis ante pedes, veniam deprecabatur. Cratinus cum magna munera Andreæ obtuliſſet, proſtratus in terram cum vxore, gratias agebat. Milites apud Bizantium proiectis gladijs, Apoſtolum adorarunt. Philipenſes cum coronis, iterum ante pedes Andreæ proceſſerũt. Medias prouolutus ad pedes, eos oſculabatur. Soſtrates apud Corinthios pedes Andreę cõplexus eſt. Ephidama mulier Chriſtiana, amplectens beati Apoſtoli pedes, eum ad Maximillam proconſulis vxorem deduxit. Cæci, cum in vrbẽ Patras reddidiſſet Andreas, ob lumen reſtitutũ procidentes, pedes eius oſculis contigerunt.

Præterea Hermogenes Iacobi apoſtoli plantas tenuit. Ioſias phariſæorum ſcriba procidens ante illius pedes veniam poſtulabat. Adoleſcẽs, Ioannis genibus prouolutus eſt. Craton Philoſophus pedibus Apoſtoli aduolutus, c.edidit. Ariſtodemus Ioãnem genu nixus adorauit. Perſarum

ſarum aduocati Simoni & Iudæ Apoſtolis ſeſe humi proſtrauerunt. Eunuchus Candacis Reginę, ad pedes Matthæi procidens adorauit. Euphenilla Regina Æthiopũ ad eius genua aduoluta eſt. Ephigenia corã omni populo ad pedes Apoſtoli iacuit. Rex primæ Vrbis in quam Thomas delatus erat, vna cum puella hebræa ad pedes apoſtoli procidit. Migdonia principis vxor, Thomę pedes oſculabatur; quę ex Iulio Africano Abdiæ Babylonis interprete, & ex Procoro in B. Ioãnis uita colliguntur. Tandẽ Abgarus Edeſſenorum Rex, vt ait Nicephorus lib. 2. cap. 7. cum Thaddæum ex ordine ſeptuaginta diſcipulorũ perſpexiſſet, in omnium primariorum conſpectu, humi procumbens adorationis reuerentiam præſtitit. Theodora ſeſe ad beati Clemẽtis proſtrauit pedes. Siſſinnius vir clariſſimus eius genibus aduolutus eſt, vt in vita Sancti Clementis legimus. Sexcẽta huius argumẽti exempla poſſem adducere, niſi in re luce meridiana clariore, verſarer.

CAP. IX.

Apoſtolorum imitatione, hunc adorandi cultum, Epiſcopis, qui Apoſtolorum locum tenent, delatum fuiſſe.

QVARE cum a Petro & Apoſtolis ſpiritualis poteſtas in Epiſcopos effluxiſſet, & inde in poſteriores permanaſſet; hos gentes eadem plerumq. cum Apoſtolis reuerentia & honore coluerunt. Agnoſcebant enim in Epiſcopos diuinum ſpiritum continua ſucceſſorum ſerie fuiſſe tranſmiſsũ, tum vt in Dei eccleſia ad eius gubernationẽ & regimen, tum etiã vt ad prophetãdũ, & miracula edenda permaneret: ex qua re factũ fuit, vt non ſolum Epiſcopis tamquam eccleſiæ magiſtratibus, atq. principibus obtẽperauerint ſubditi, ſed etiam eoſdem ſanctiſſimæ functionis cauſſà religioſiſſime coluerint: quod varijs Patrum exemplis comprobari poteſt.

Primum, vt a vetuſtiſſimis ordiamur, Cæcus quidam Rauennæ ad pedes S. Apollinaris prouolutus, illum impenſe coluit. Neruæ adoleſcẽtis, Neronis Imperatoris conſanguinei, paren-

tes

tes vna cum ingenti hominum multitudine, ad ſancti Martialis pedes prouoluuntur. Sacerdotes idolorum ad eiuſdem ſancti pedes procumbunt. Suſanna nobilis matrona ad pedes illius procidit. Stephanus dux ad Martialis pedes proſtratus, veniam exorabat, vt Aurelianus epiſcopus eius diſcipulus, integra fide deſcripſit.

Polycarpo calcei, venerationis cauſſa, a religioſis viris maxima cum deuotione detrahebantur, vt narrat Ado Treuerenſis in Martyrologio, & Euſebius lib. 4. cap. 13. his verbis: *Senex Polycarpus depoſitis indumentis et zona reſoluta, calciamenta quoq. tentabat educere, quæ numquam niſi a religioſis quibuſq. fide et deuotione ſemetipſos inuicem præuenientibus, reſolui conſueuerũt. ita nãq. in omni etiam reliqua vita ſua venerabiliter ab omnibus colebatur.*

Sed hoc officij & ſtudij genus proprium S. Polycarpo, quem vitæ ſanctitas commendabat, nõ fuit; ſed multis etiam epiſcopis cõmune, ad quorum pedes cum induenda vel diſſoluenda forêt calciamenta, proni procumbebant diaconi, & mutuis inter ſe officijs contendebãt, vt reliquos ad illorum cultum exemplo & imitatione prouocarent; vt Prudẽtius in vita S. Fructuoſi teſtat.

Certant officijs pij ſodales,
Plantis calciamenta diſſolutis,
Pronus detrahere ſtudebat vnus:
Sed ſanctus vetat ora Fructuoſus
Inclinata premi; faceſſite, inquit,
Ne noſtram grauet obſequela mortem.

Præ-

Præterea Spiculator, qui Imperatoris iuſſu Gregorium miraculorum opificem anxie perquirebat, cum orantem inueniſſet, ei ad pedes procubuit, vt S. Gregor. Nyſſenus in eius vita retulit.

Alterum etiam Gregoriũ Beticum, quẽ Oſius fidei perduellem ac deſerorem facere ſtudebat, vt ait Iſidorus, Clementianus iudex ad illius pedes proſtratus, vt ſibi parceret obſecrabat.

De viris illuſtribus.

Sic Martinus, qui inter tot epiſcopos Maximi Imperatoris adulatores, ſolus Apoſtolicam dignitatem retinuit, vt ait Sulpitius lib. 1. a Valentiniano Imperatore pedum oſculatione cultus eſt, vt presbyter Fortunatus lib. 3. eſt author his verbis:

Hinc celeri exilijt rapiens ſe Cæſar, et ardens
Martini genua amplectens, pedibuſq. volutãs,
Sicq. ſuperbũ hominẽ ſe agnoſcere pœna coegit.
Vilia regna probans, et celſa cacumina curuãs,
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens.

Et paulo poſt loquens de Maximi Imperatoris vxore.

Nec regina pedes ceſſat lacbrymoſa rigare,
Sternens membra ſolo, ſuſpendens gaudia voto.

Et Seuerus Sulpitius lib. 3. *de ore Martini,* ait: *Regina pendebat, non illa opes regni, non imperij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: diuelli a Martini pedibus ſolo ſtrata non poterat.*

Quam vero fuerit rationi conſentaneum, vt principes gẽtium epiſcopos religioſe coluerint, S. Paulinus in vita B. Ambroſij egregio teſtimonio confirmauit. Vbi Theodoſium poſt paratã

victoriam,

victoriam, pedibus epiſcopi prouolutum, ei gratias egiſſe refert, quaſi ipſimet ſacerdoti victoriã ferret acceptam. Cuius plane principis tanta fuit humilitas, vt ad Amphilochij epiſcopi pedes ſtratus, teſte Nicephoro lib. 12. cap. 9. ab eo veniam deprecaretur. Hinc Eudoxia Theodoſium Iuniorem Chryſoſtomi genibus admouebat, Conſtantini Magni exemplum ſecuta, qui mutila epiſcoporum membra, & vulnerum cicatrices oſculabatur; vt ex huiuſmodi oſculis, teſte Zonara; gratiam Dei promereri poſſet. *tom.3.*

Sed hæc religio diu apud Hiſpanos, qui pietatem ex animo colunt, viguit maxime. Nam Siſenandus Rex Hiſpaniæ ad concilium iiij. Toletan. cũ clariſſimis, & nobiliſſimis viris ingreſſus, coram ſacerdotibus Dei humi proſtratus, cum lachrymis, & gemitibus pro ſe interuenien dum domino poſtulauit. Quod plane abs re nõ fuit, cum in vetuſtiſſimo codice M.S. ordinis B. Benedicti, vt ait Leo de Caſtro in Eſaiã cap. 49. legamus, olim Reges Hiſpaniæ cum adirent epiſcoporum ſynodum, procũbere ſolitos toto corpore terra ante ipſos epiſcopos, & terram oſculari; neque prius ſe attollere humo, quam ſuis ſedibus ſurgerent ſacerdotes, & Reges eorũ pedibus circunfuſos brachijs attollerent, & in cella regia pro dignitate collocarent. Confugerãt enim eo tempore Hiſpaniæ Reges ad præſidium & tutelam Eccleſiæ, vt eius ope & dignitate ſuffulti, ſacroſancta eſſet illorum auctoritas aduerſus populorum audaciam, quæ principum vitæ,

regnoq. inſidiabatur; vt auctor eſt Rodericus Tolctan. lib. 2. cap. 21. & lib. 3. cap. 20. & aperte ex c. ſi quis. 22. q. 5. colligitur.

Sed vt vlterius noſtrum inſtitutum varijs exẽplis proſequamur; Eudæmon ad pedes Epiphanij epiſcopi procidit, Ioannes Hieroſolymitanus, eiuſdem viri ſacti pedes amplectitur. Multi prę terea ad genua Auguſtini inclinantur, quos ipſe erigebat ad oſcula, vt refert lib. 22. de Ciuitat. cap. 8. Item S. Nicolai pedes oſculis fatigauit vir ille, in cuius ædes magna vis auri conie cta erat, vt ait Metaphraſtes deſcribens vitam illius. cap. 6.

Libr. ad Martyres. Sic etiam martyres deſignati qui pacem eccleſiæ reddebant, vt ait Tertullianus, qui benedictam ſui corporis hoſtiam Deo offerebant, pedũ oſculatione culti fuere, & narrat Victor Vticenſis in libris de perſecutione Vandalica. Ad Saturij enim martyris pedes vxor proicitur, ipſius genua vlnis amplexa. Ad viſendos & colẽdos martyres in exilium miſſos, populi concurrebant geſtantes cereos manibus ſuoſq. filios ad illorum veſtigia proijcientes. Lectores cum vi a martyrũ conſociatione diuellebantur, conſtringebãt manibus illorum amplexa genua.

Abbatibus præterea hic honor deferri cępit. Antonius eremita, vt ait S. Athanaſius, pedum oſculatione colebatur. Paphnutius ad pedes S. Honufrij pronus iacuit, vt eum maxime veneraretur. Symeon vna cum ſocio ad pedes Abbatis ceciderunt, vt refert Leontius epiſcopus in eius

vita.

vita. Seuerus Sulpitius & Gallus, ad Poſthumiani pedes prolapſi ſunt, vt lib. 2. Dialogorum teſtatur his verbis: *Cum vnum in locum ego & Gallus noſter conueniſſemus, vir mihi propter Martini memoriam, ex illius enim diſcipulis erat, et propter ſua merita chariſſimus interuenit nobis Poſthumianus: complexi ſumus hominem amantiſſimum, exoſculatiq. genua et pedes eius.* Senex etiam gaudio flens ad genua Sulpitij prouoluitur, & eum ſæpius oſculatum ad orationem inuitat.

Legatos quoque Theodoſij Imperatoris ad euertendam vrbem Antiochenam tranſmiſſos, Macedonius Monachus vir ſanctitate mirabilis clamyde apprehẽſos, vt ait Cedrenus in hiſtoriarum compendio, equis iuſſit deſcendere: qui de hominis virtute certiores facti, ab equis ſtatim deſcenderunt, & illius genibus prouoluti veniam rogarunt.

Tandem feminis ſanctiſſimis hic honor delatus eſt. Nam Febronia, vt Theolomaides ſcribit, ad Hieriæ pedes, quam monialem exiſtimauit, ſeſe deiecit, & humi proiecta, venerata eſt. Infiniti pene ſunt auctores, quos laudare in noſtræ conſuetudinis commẽdationem potuiſſem, quam, qui attente Patrum res geſtas legerit facile agnoſcet, illam diu maxime in eccleſia viguiſſe: cum teſte Tertulliano lib. 2. ad Vxorem, feminæ ad oſculanda vincula Martyrum accidere, fratrem ad oſcula conuenire, ſanctorum pedibus aquam offerre, vt ait Paulus 1. ad Tim. 5. eorum ſepulchris aduolui, eccleſiæ pauimen-

tis oſculationes infigere, conſueuerint.

Quæ plane ſingula ex varijs auctoribus conſtant, primum apud Adonem Treuerenſem in martyrologio, Alexandri Papæ vincula oſculis culta & honorata fuiſſe legimus. Ad quem cum Quirinus tribunus Balbinam filiam detuliſſet ſtruma laborantem, Pontifex ex ſuæ boiæ contactu illam ſanitati reſtituit, dicens: *tolle boiam de collo meo, et impone ei*. Virgo vero cum ſæpius oſcularetur boiam, eam humilitatis cauſſa prohibebat Epiſcopus his verbis. *Deſine boiam meã oſculari, ſed potius require domini mei Petri vincula, et ea oſculare*. Boia apud eccleſiaſticos auctores vinculi genus eſt ligneum ſiue ferreũ, quod colla conſtringit, dicta, vt ait Feſtus Pompeius, a iugo boum colla atterente, ſic Prudentius Hymno 1. Periſtephanon.

Carcer illigata duris
Colla boijs impedit
Et chalybs attrita colla & alibi.
Grauibus ambit circulis
Attrita boijs colla liber erigit.

Prudentius Hymno 2. Periſtephanon, morem oſculandi pauimenta eccleſiæ, quem nos hodie retinemus, ad viuum expreſſit:

Ipſa et Senatus lumina
Quondam Luperci & Flamines;
Apoſtolorum et Martyrum
Exoſculantur limina.
O ter quaterq. o ſepties
Beatus Vrbis incola,

Qui

Qui te ac tuorum cominus
Sedem celebrat oſſium.
Cui propter aduolui licet,
Qui fletibus ſpargit locum
Quo pectus in terram premit
Qui vota fundit murmure.

& Hymno xj. de Hyppolito eandem conſuetudinem deſcripſit:

Mane ſalutatum concurritur: omnis adorat
Pubes: eunt redeunt Solis ad vſq. obitum.
Conglobat in cuneū latios ſimul, ac peregrinos
Permiſtim populos, religionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo,
Balſama defundunt, fletibus ora rigant.

CAP. X.

Excellentiam dignitatemq. perſonæ eſſe in cauſſa, cur ſæpe maiores amplexu & pedum oſculatione colantur.

EX his quæ a nobis pertractata ſunt, parum abeſt quin perſuasū omnibus fuerit, hūc cultum non tam Pontifici maximo, quam alijs epiſcopis iure deberi: quod plane a noſtro inſtituto alienum eſt, & experimento contrarium. Quare vt certo rei veritas conſtet, va-

riæ adorationis cauſſæ enumerādæ ſunt, quibus ad hunc honorem deferendum homines excitari ſolent, vt illis diligenter præmeditatis, tota hæc diſputatio illuſtrior fiat. Inter quas excellentia ſiue præſtantia alicuius virtutis, primo loco recenſetur ab Auguſtino lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 4. cū eius cauſſa ſubditi populi ad virū aliquē impenſe colendum conuertantur. Quod S. Thomas 2.2.q.84.art.1.& q.102.art.2. docte & perelegánter varijs ſcripturæ teſtimonijs demonſtrauit: Sunt enim creaturæ rationales excellentiæ diuinæ participes, quam vel ſtatus dignitate referunt, vel ſublimiori ordine & gradu ſubnixę, virtutis atq. ſcientiæ dignitate imitātur. Qua de re parentes, qui nos genuerūt & educarunt, ſæpe genu poſito honoramus, cum ab ijs vita, patrimonium, libertas, diſciplina denique tradita eſt, ad bene beateq. viuendū. Quod ſacrę ſcripturæ exēplis fiet illuſtre. Nā Tobias ſtatim ac ingreſſus eſt domū, *oſculatus eſt patrem*, id eſt, veneratus eſt. & Eliſeus 3. Regum 19. cum relictis armentis Eliam ſequeretur, eum exorauit dicens; *oſculor oro patrem meum et matrem meam, et ſic ſequar te*, καταφιλήσω adorabo, inquit, reuerentiæ cauſſa patrem & matrem, vt iam meo munere curiſq. domeſticis perfunctus, liberius te ſequi poſſim.

Deinde Magiſtratibus qui in munere ſuo sūt clari, & excellentiam aliquam atque virtutem in eo gerendo obtinent, honorem deferimus: quia decus dignitatemq. Reipublicæ ſuſtinent, & in

eorum

eorum præſidio totius ciuitatis præſidium conquieſcit. Inſignem quoq. ducem exercitus, qui a ciuibus illatas iniurias virtute propulſat, honoramus; cum in bellis gloria Imperij ſit poſita. Deniq. magiſtros ſapienteſq. homines vi miraculorum præſtantes, vel nobiles Prophetiæ dono, adoramus, quia ab ijs fidem, diſciplinam, vitæ inſtitutionem, religionemq. petimus. Quibus omnibus obſeruantiam deferre debemus, cum illud, quod ratio & natura præſcribit, ijs tanquam prę́ſtantioribus & nobilioribus debeatur. Eſt vero obſeruantia, vt auctor eſt Cicero lib. 2. de inuentione, *per quam homines aliqua dignitate antecedentes, quodam cultu & honore dignantur.* Sed honor a cultu maxime diſtinguitur, cũ honor ſit recognitio excellẽtis perſonæ, cultus obedientia quædam, quæ ratione gubernationis & muneris maioribus redditur, vt S. Thomas 22. q. 102. art. 2. docet.

Vnde cum Elias Iraelis pater dux & auriga populi diceretur, curuatis genibus a principe quinquageneratio cultus eſt. Nabuchodonoſor apud Danielem cap. 2. in faciem ſuam cecidit, Danielem Prophetiæ cauſſa adoraturus, & hoſtias & incenſum oblaturus. Quem locum tametſi Porphyrius ſacræ ſcripturæ contemptor impugnet, cum ei abſurdum eſſe videatur a Rege ſuperbiſſimo adoleſcentulum adorari; tamẽ iure optimo, vt ait Hieronymus in eius loci explicatione, ob ſignorum magnitudinem Rex potentiſſimus ſeruo adoleuit incenſum; quaſi non

& Lycaones ob ſignorum magnitudinem Paulo & Barnabæ, Act. 14. voluerint hoſtias immolare. Quod & Alexandrum Macedonũ regem in Pontifice Ioiada ſiue Iaddum, qui tunc ſummo ſacerdotio apud Iſraelitas fungebatur, apud Ioſephum lib. 11. cap. 8. feciſſe legimus. Quem cum Imperator ſacerdotali ornatum infula conſpexiſſet, vt ait, Zonaras tom. 1. pronus in terram magna cum Perſarum principum admiratione veneratus eſt. Recordabatur enim, vt ipſe Parmenioni retulit, illum eo tempore quo exercitũ conſcribebat in ſomnijs viſum, belli in Perſas auctorem & hortatorem extitiſſe, vt ob eã cauſſam tanquam diuinum quoddam numen ſummo cultu proſequeretur.

Qua de re cum ſapientiſſimorum hominum præceptis parendum eſſe natura dux doceat, merito Solomon Sapientiæ maxime hoc vnũ aſcribit, nempe ſuperborum & ſublimium colla propria virtute ab ea poſſe calcari atq. contundi, cũ ipſa ſola principatum obtineat, rebuſq. alijs dominetur. Hinc quibus, vt ait Poeta, pectus ſapere arbitramur, non modo tanquam naturaliter ſerui obſequimur, ſed etiam illorum numini cedimus, vt S. Anſelmus Cantuarienſis in Apocalypſim cap. 11. exponens eum locum, *Cecidi ad pedes eius*, explicauit his verbis: *Vide quia minorẽ me intellexi paratus ad obediendum humiliaui me ei, & vos debetis humiliari doctoribus veſtris.* & cap. 22. *Ut me contemptibilem quantum ad ipſum oſtenderem, ea de cauſſa quia diuina myſteria oſtendebat,*

Ariſt. 1. pol.

debat, cecidi ad pedes eius. ob quam rem Paulus paternarum traditionum æmulator, ad pedes Gamalielis ſumma ſapientia & doctrina pręſtantis edoctus eſt, vt maximum honorem præceptori deferret.

Ergo cum Romanus Pontifex omnes homines Chriſti auctoritate perfunctus, legem Dei vt magiſter & legiſlator edoceat, controuerſiaſq. omnes vt iudex diſſoluat, ſtatus excellentia omnibus præſit, in fide & religione aberrantes fratres inſtituat atq. confirmet: merito ad eius pedes exoſculandos accidimus, vt religionis & fidei diſciplina imbuamur. Quod ex Deuteronomio cap. 33. ſatis liquido conſtare arbitror. *In dextra eius ignea lex, dilexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt, & qui appropinquat pedibus eius, accipit de doctrina illius.* Lex ignea Euangeliũ dicitur, quod cum Dominus euulgaret, magnum pietatis incendium excitatum eſt, nulla Imperatorum improbitate reſtinctum. Ardens quoque charitatis lumen efulſit, quod in hanc Vrbem, eiuſq. paſtorem omnium ora animoſq. conuertit, cum ab eo ſit Chriſtianæ religionis exordium, pietatis fundamentũ & tandem fides per vniuerſum orbem Vrbi ſubiectum nũtietur. Quam ob rem merito ad Põtificis noſtri pedes prouoluimur, non tã vt hoc humili pietatis voto eius ſummam dignitatem, atq. excellentiam indicemus, quã quod etiam dum eius pedibus obuoluimur, certiſſimis fidei & religionis inſtitutis imbuamur. Sed hic honor, qui paulo ante

a nobis obſeruātia dicebatur, a S.Tho.22.q.104. art.2.ad 4. reuerentia dicitur, quæ proprie ſubli miorem præ alijs omnibus gradum, & perſonæ excellentiam reſpicit, quaſi honor, obſeruantia, reuerentia, paria eſſe dicantur.

CAP. XI.

Olim delinquentes dum peccatorum veniam poſtulabant, ſacerdotum ac laicorum pedes ad oſcula retuliſſe.

SED vt iam ad aliud noſtræ diſputationis caput accedamus, olim cum in omnibus peccatis grauioribus pænitentię tempus præſcriptum eſſet, loca etiam aſſignata atq. diſtincta fuerunt, in quibus ſupplices iacere, & delinquentes peccatorum veniam deprecari poſſent. Erat enim quidam pęniten tiæ locus, qui fletus ſeu adploratus dicebatur; cuius meminit S. Gregorius Thaumaturgus in ſua epiſtola canonica, cap. 11. & S. Baſilius epiſt. ad Amphilochium, cap. 56. qui extra portam Oratorij, ideſt eccleſiæ, ſic enim eam frequenter appellat Baſilius can. 22. conſiſtebat. Extra quam, cum atrati & lugubres lamentarentur;

tur;plerumq. vt ſcelerum pœnas luerent, fideliū pedes ad oſcula referebant. Quod ex lib. 60. Baſilicorum tit 37.c. 18. aperte docuit ex Cuiacio, A Auguſtinus in ſuo pęnitētiali. *Adploratus*, inquit, *qui hic eſt vt conſiſtat reus extra velum eccleſiæ, & ingredientibus flens dicat, orate pro me, accidens etiam eorū pedibus*. Et tit. 39. cap. 1. *Adploratus eſt conſiſtere delinquentem extra velum eccleſiæ, et ſingulis qui ingrediuntur dicere; orate pro me, accidentem etiam pedibus eorum*. Velum vero ante fores eccleſiæ pendere, Epiphanius retulit in epiſtola ad Ioānem Hieroſolymitanum, quæ tom. 2. Hieronymi habetur.

Ceterū cū peccatores ad ſanctorū pedes accīderēt, geniculari & exomologeſim peragere, dicebantur, vt ait Tertullianus lib. de pænitentia. Exomologeſim vero ita deſcribit, *eſt proſternandi & humilificandi hominis diſciplina, conuerſationem iniungens miſericordiæ illicem. Nam de ipſo quoq. habitu, atq. uictu mandat ingemiſcere, lachrymari, mugire dies noctesq. ad dominum Deum, preſbyteris aduolui, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere*. Hæc Tertullianus.

Sed non ſtatim ac peccatores humi procumberent, deprecationes & orationes fratribus iniungebant; ſed paulatim ordine diſciplinæ ſeruato, vt docet S. Benedictus veteris inſtituti memor, in ſua regula cap. 44. *Qui pro grauioribus culpis ab oratorio, & a menſa excommunicatur, hora qua opus Dei in oratorio percelebratur ante*

fores

fores oratorij proſtratus iaceat, nihil dicens, niſi tan tum poſito in terra capite, et proſtratus pronus om nium de oratorio exeuntium pedibus ſe proijciat. Et hoc tamdiu faciat, vſq. dum Abbas iudicauerit ſatisfactum eſſe. Qui cum iuſſus ab Abbate venerit, prouoluat ſe ipſius Abbatis pedibus, deindeque omnium veſtigijs fratrum, vt orent pro eo. Et omnibus horis dum completur opus Dei, proijciat ſe in terram in loco in quo ſtat, & ſic ſatisfaciat, vſq. dũ ei iubeat iterum Abbas, vt quieſcat iam ab hac ſatisfactione.

Sed hoc vetus inſtitutũ adeo olim fuit in vſu, vt per multos hac geniculãdi & proſternendi cõſuetudine ſatisfeciſſe legerim. Etenim Natalis profeſſor, vt ait Ruffinus lib. 5. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. vltimo, cum deceptus fuiſſet a diſcipulis Theodotij Coriarij, indutus cilicio, cinere conſperſus, atq. ad pedes Zepherini Pontificis proſtratus, & veſtigijs omnium non modo clericorum, ſed etiam laicorum multa cum lamentatione prouolutus, in lachrymas & miſerationes omnẽ prouocauit eccleſiam: vt indulgentiã ſibi a Chriſto continuis pro ipſo precibus implorarent. Ad hæc Hecebolius Sophiſta, teſte Nicephoro lib. 10. cap. 25. ob deſertam Chriſti fidem, ſupinus pro foribus eccleſiæ prouolutus miſtis cum clamore lachrymis, miſerabiliter vociferabatur: *Contundite, conculcate me infatuatum ſalem.*

Ex quo Hecebolij dicto, vt nunc breuiter moneã, Alexandri III. factum, quod tantopere vt tyrannicum eleuat Franciſcus Duarenus lib. 1. de

ſacris

ſacris eccleſiæ myſterijs, c. 2. cõmendari poteſt; cũ iure meritoq. in religionis & eccleſiæ infenſiſſimum hoſtem Federicum Aenobarbum, nõ vt in ſalem infatuatum, quem iubet Chriſtus pedibus proterere, ſed potius vt in horrendam belluam calcibus inſultarit. Sic Heraclius Phocam tyrannum temere in Imperatorem debaccantẽ conſpicatus, in eum calcibus inſiluit. Iuſtinianus Rhinotmitus Apſimari & Leontij ceruices, vt ait Zonaras tom. 3. vniuerſo populo ad clamante (teſte Othone Phriſingenſi lib. 5. cap. 14.) *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis*, obtriuit atque contudit.

Quod factum ſummis liberum eſt ſacerdotibus, cum principum tyrannide aut violatam fidem, aut eccleſiæ imminutam dignitatem; aut reges parricidijs fœdatos vident. Ita enim Pontifices vlciſcuntur eos, qui animos contra eccleſiã efferunt & extollunt. Quod poſtulabat Baſilius Imperator haud malus profecto vir, in ſynodo viij. vt alijs omnibus fieret exẽplo: cuius verba cum eius humilitatem, & eccleſiæ auctoritatem commendent, non pigebit ex additione ad octauam ſynodum collecta, in hunc locum tranſcribere: Ita enim in ſexta ſectione locutus eſt Imperator: *Ego qui imperitus & inſipiens ſum, bonũ initium ero vobis, qui ſapientes eſtis & ſcientia clari. Ego, qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis. Ego primus memet ſuper pauimentum proijcio, purpuram & diadema paruipendens. Aſcendite*

dite ad genas, & per oculos meos incedite, nec reputetis magnum Imperatoris calcare ſcapulas, neque vereamini tangere verticem, cui imponitur a Deo data corona. Sic etiam Henricus quartus, cũ ob inobedientiã ſedis Apoſtolicæ a filio captus fuiſſet, ad eius pedes iacuit, & legato Apoſtolico aduolutus, obſecrabat communioni eccleſiæ reſtitui, vt in vita Henrici quarti apud Vitichindũ monachum legimus.

Sed inter pœnitendum reos criminis laicis ſe ſubmittere, humilitatis cauſa, liberum fuit: Sacerdotum vero pedibus obuolui, eorumq. iudiciũ ſubire, vt ait Tertullianus lib. de Pænitentia, omnino neceſſarium. Qua de cauſſa S. Bernardus ſermone 3. ſuper Cantica admonebat pænitentes, vt ſe humi deijcerent, pedes ſacerdotũ amplexibus peterent, oſculis placarent, lachrymis irrigarent, vt Magdalenæ exemplo exaudiri mererentur: *Conſurge, conſurge captiua filia Sion, conſurge excutere de puluere.* Sermone etiã paruo 54. *oſculum,* inquit, *reconciliationis datur ad pedes*, Nam cum ſacerdotes peccata noſtra remittunt, & nos Deo conciliant, eorum veſtigijs quam demiſſe proſternimur, vt in libro de diuinis officijs, Amalarius Treuerenſis, Micrologus, & Ordo vetus Romanus, & alij Patres tradiderunt.

Quod etiam ex Gregorio & Baſilio confirmare facile poſſumus. Etenim pænitentes cum maximum humilitatis ſpecimen præbuiſſent, intra Eccleſię velum cum catechumenis admitteban-

tebantur, vt in loco qui ὑπόπτωσις ſubiectio, ſiue ſubſtratio dicitur, vna conſiſterent. Vbi oportebat per vnum vel plures annos ſubſterni, atq. iacere ad illorum pedes, qui rem diuinam operabantur: donec tandem in varia loca ſuo ordine ſegregati, & ad conſiſtentiam cum fidelibus recepti, & inter participantes ad diuinas functiones admiſſi, diuini & viuificantis corporis Chriſti conſortes & participes fierent. Sed huius rei formam ex Nicephoro lib. 12 cap. 28. & ex Sozomeno lib. 7. c. 16. audiamus: *Stant*, inquiunt, *pænitentes perinde atque iudicio damnati eſſent, vultu demiſſo, admodum lugentes. Re autem diuina peracta, illi quidem ea ſacra non percipiunt, quæ eis percipere fas eſt, qui ſacris ſunt operati. Cũ eiulatu autem & luctu multo ſe ad pedes eius, qui rem diuinam fecit, præcipitant. Directus deinde, qui tum miniſterium cæremoniæ eius ſortitus eſt, ad eos accurrit, atq. itidem collachrymans, ſe humi ſternit. Tum reliqua eccleſiæ multitudo circunſiſtens, & ipſa flens atq. lamentans lacrymis repletur. Poſtea primus exurgit ſeu presbyter, ſeu epiſcopus, et illos ita iacentes ſurgere iubet: et per orationem ea quæ pænitentibus conueniunt precatus, vbi et audiuit et dixit quæ opus eſt, eos amittit. Atque illi pro ſe quiſque ſegregati ſuo loco pro eo atq. eis iniunctum eſt, ſe macerant, vel ieiunijs, vel vigilijs frequentibuſq. precibus et reſipiſcentia vel illuuie, et delitiarum abſtinentia, vel alijs etiam modis, conſtitutũ ſibi ab epiſcopo tempus quilibet expectans. Atque vbi ad hunc modum alacritate libenti debitum perſoluit,*

ſoluit, a crimine abſoluitur: et ſimul cum alijs in eccleſia eodem iure, et communione eadem conuentus frequentat. Hæc illi. Idem plane de Theodoſio Imperatore à Georgio Cedreno deſcribitur, eo præſertim tempore quo ab Ambroſio ex ſacra menſa, & a cancellis excluſus, vt inter alios ſtans expectaret. inde conſiſtentiam dictam eſſe arbitror, ſiue σύστασιν, quia laicis nunquam in ecclesia ſedere licuit, ſed ſolis ſacerdotibus, qui ad cæleſtium choros honore & maieſtate venerabiles, populi vota perducunt: vt ex Optato Mileuitano lib. 4 contra Parmenianum conſtat his verbis: *Dum peccatorem arguit Dominus, et ſedentem increpat Deus, ſpecialiter ad ſacerdotes dictũ eſſe conſtat, non ad populum, qui in eccleſia non habet ſedendi licentiam.* Hinc cum presbyteris vel epiſcopis lapſis, condonabantur per publicam pænitentiam peccata, ea erat in eccleſia formula, & tacita ſignificatio, ſignumq. abſolutionis, dum reus ſedere iubebatur, vt idẽ Optatus lib. 1. docet his verbis: *hi dixerunt* (loquebantur de pænitẽtibus epiſcopis) *talem cauſſam Domino debere reſeruari. Et dixit Secundus, ſedete omnes. Tunc dictum eſt ab omnibus; Deo gratias, et ſederunt.*

Quam ob rẽ cum pœnitentiæ ritus recipiendi lapſos in eccleſia Romana, Cornelio Pontifice inſtitutus fuerit, vt in oratione Cinerum docui, & in illa pænitentiarij electi, qui reis peccata remitterent; tum ex huius eccleſiæ imitatione mos abſoluendi lapſos in omnes Orientis partes, teſte Sozomeno lib. 7. cap. 16. & Nicephoro

lib.

lib.12.cap.28.inductus: merito omnes Chriſtiani ſeſe ad Romani epiſcopi pedes præcipitare, eiq. humi ſtrati occurrere conſueuerunt: cum ab eo ceteri omnes Pontifices puniendi, delendiq. peccata auctoritatem acceperint. Quod ſuperioribus annis Iobilei vſq. adeo compertũ eſt, vt nulli hominum, qui gregatim magna animi pietate Romam contendebant, Vrbe diſceſſerint; quin pedibus Romani Pontificis circumfuſi, lachrymis & lamẽtabili eiulatu ab eo benedictionem impetrarent. Quorum vocibus ita parietes Vaticani perſonabant, vt quandoq. hominum clamores, magna ciuium admiratione Romam vſque referrentur. Quo tempore vidi vno die Gregorium XIII. Pont. Maximum decem millia hominum ad pedum oſcula benigniſſime admiſiſſe, tanta animi lenitate, vt ab omnibus præ gaudio vim maximam lachrymarum excuteret.

CAP.

CAP. XII.

Obedientiā quæ proprie Romano Pontifici debetur, eſſe in cauſſa quam ob rem omnes Principes ad eius pedes oſculandos ferantur.

RESTAT tandem vt de obedientia diſputemus, quæ non ſolum Romano Pontifici a priuatis hominibus deferri debet, ſed etiam ab omnibus principibus ſæculi, qui religionem & pietatem amplectuntur. Quæ cum ſit ſignũ honoris ampliſſimi, neceſſe quidem eſt, vt illi ſoli proprie tribuatur, qui non ſolũ inter oẽs iuſtitia atq. virtute plurimum pollet; Sed etiam hominum cõſociationem ſua auctoritate & imperio tuetur. Quod plane, vt apertius conficere poſſimus, de obſequio & obedientia paululum diſſerendum erit, vt horum cognitis rationibus, in aperto res fiat. Obſequium igitur, licet aliquando latiori vocabulo obedientiam ſignificet, longe tamen ab ea differt; cum illud ſit ſpontanea ſubiectio voluntatis, quæ grati animi cauſſa vel maioribus, vel minoribus, vel paribus debetur; obe-

obedientia vero ſolis maioribus debeatur. Tertullianus in lib. de patientia, obſequium morum ſubiectionem, ex communi conſuetudine ortam, appellat his verbis: *Artificium promerendi obſequium eſt, obſequij vero diſciplina, morigera ſubiectio eſt.* Et in lib. de pænitentia: *Obſequium in ſimilitudine animorum conſtitutum eſt: cum inter amicos obſequela ſit poſita*, ideſt, benignitatis & comitatis conſuetudo, vt ex Turpilio in tracilone refert Nonius Marcellus verbo obſequium. Accedit quoque obſequia non ſolum maioribus, ſed etiam per vicem minoribus exhiberi, vt veterum auctoritas voluit. Plautus in Aſinaria: *Ego ſane cupio obſequi gnato meo.*

Secus tamen de obedientia dicēdum eſt quæ non in noſtro voluntatis ſtudio, & comitate eſt poſita, ſed in legis præcepto atque virtute: quā ſi prætermittimus, iniuria affectos fuiſſe Magiſtratus iuſte conqueri, ſi violemus, de nobis pœnam repoſcere poterunt. Quare in obedientia ſemper debet eſſe hominum ordinumq. diſparitas, atque etiam directio, per quam minores a ſuperioribus referantur in finem, vt exemplo belluarum docuit Tertullianus lib. de patiētia: *Nos*, inquit, *non de hominibus modo ſeruitute ſubnixis, verum etiam de pecudibus, etiam de beſtijs obedientiam exprimimus, intelligentes vſibus noſtris eas a Domino poſitas traditasque.* Cicero in paradoxis, Obedientiam animi ſubiectionem eſſe commemorat; quia ſubditi citra diiudicationem obtemperare debent, ne bonum

F quo

quo diriguntur citra grauem noxam relinquere & abijcere videantur. Quare obedientia ita diffinietur, eſt virtus, per quam ſuperiorum præceptis obtemperamus. Differt vero a reuerentia, quia hæc debetur dignitati perſonæ, illa præcepto, legis, ſiue iuſſioni maiorum, vt docet S. Thomas 22.q.104.art.2. ad 4.

Obedientiæ vero multæ ſunt partes, alia quæ Dei imperio & fidei Chriſtianæ debetur, quæ proprie ad religionem ſpectat: cui non ſolum minores, ſed etiam ipſimet Apoſtoli obnoxij erant & obſtricti, dicente Paulo ad Rom.1. ſibi gratiam & Apoſtolatum collatum fuiſſe, *ad obediendum fidei in omnibus gentibus*: cum eam gratiam,& miniſterium accepiſſet, quo omnes gentes ad fidei obedientiam perduceret. Quod etiam ad Roma.16. affirmauit euangelium per ſcripturas Prophetarum,ſecundum præceptum æterni Dei patefactum fuiſſe ad obeditionem fidei. Et Petrus prima epiſtola,c.1. filios obedientiæ appellauit,qui animas purificant atque perficiunt in obedientia veritatis & ſpiritus. Quæ plane potior ſacrificio nuncupatur, cum illa ex animo & charitatis impulſu oriatur,ſacrificium vero quandoq. ex induſtria, & quaſi ex compoſito fiat,vt ſpecie veræ religionis,falſam interdũ religionem occultemus. Vnde S.Gregorius lib. vltimo moralium cap.12. per ſacrificium alienam carnem, per obedientiam propriam voluntatem mactari teſtatur.

Præterea alia eſt obedientia, qua patentibus obtem-

obtemperamus; & hæc eſt ſpecies pietatis: alia quæ ex prælatorum reuerentia originem ducit; & hæc eſt obſeruantia, ſiue externa corporis veneratio, vt S. Bernardus ſerm. 3. Aduentus explicauit his verbis: *Obedientia eſt corporis veneratio, reuerentia vero internus animi cultus*. Ad hęc, alia eſt quæ proprie ad Religioſos ſpectat, cum ipſi abiectis & abdicatis terrenis omnibus, nihil quicquam humanum cogitant; ſed ſolum maiorum præceptis quaſi Dei imperio obſequuntur; de qua plurimum S. Ioannes Clymacus gradu 4. & 5. Antiochus Homil. 39. Diadochus, & alij diſputarunt; & hæc plerumque deuotio dicitur, quæ ad pietatis ſpeciem referri poteſt. Tandem abedientia, quæ propria virtus eſt, & longe ab alijs omnibus differt, his ſolum deferri debet, qui Reipublicæ ſtatum tuentur, qui leges ſancire cenſereq. poſſunt, in Reipub. vtilitatem & cōmodum; quas qui temere violauerint, neceſſe quidē eſt, vt ſtatim magiſtratus iram incurrant.

Sed in vno Romano Pontifice hæ variæ obedientiæ partes coniunguntur, cum ipſi fidei & religionis cauſa parēdum ſit, eiuſq. dictis quaſi Dei oraculo obtemperandum. Ille enim eſt parens ſpiritualis religionis noſtræ, ille omnium prælatorum pater & pontifex, ille fidei aſſertor & vindex, ille doctor & legiſlator, qui per totum orbem ad omnium vtilitatem leges edere poteſt, vt ex ſancto Irineo lib. 3. cap 3. ex Optato lib. 1. Auguſt. epiſtola 165. & alijs patribus aperte conſtat.

Enimuero Romana Eccleſia hēt τὴν πρεσβείαν τῆς τιμῆς, id eſt, primum gradū honoris & dignitatis, tum etiam τὴν ἐξουσίαν, id eſt excellentiam & primariam poteſtatem, vt ſancta Nicæna ſynodus canone.6. ſanxit. Qua de re Pontifex Romanus inter omnes Epiſcopos non ſolum controuerſias compoſuit, ſed etiam diſciplinę eccleſiaſticæ repugnantes a ſuis Eccleſijs deturbauit, vt in eorum locum alios ſubſtitueret, vt canone 3.4.& 5. Sardicenſis ſynodi decretum eſt. Athanaſij enim & Ioannis Conſtantinopolitani cauſa apud ſacram Romanam ſedem ſecundum apoſtolicos canones, vt ait S. Gregorius lib.5. epiſt.24. delata eſt, & a Iulio & Innocētio terminata, cum ad eccleſiam Romanam, vt monet S. Cęleſtinus Papa ſcribens S. Cyrillo tanquam ad ſupremum Chriſti tribunal prouocatio fiat. Nihil enim, vt ait Anacletus epiſt. 1. cap.14.& Damaſus in decreto cap. 9. ab alijs Epiſcopis damnari, nihil conſtitui, nihil reijci poteſt; niſi ſit Apoſtolica auctoritate fulcitum. Quare omnes Epiſcopi ſi aliquam commiſerint culpam, ſedi Apoſtolicæ parent, ab ipſa coercentur, ei uſque auctoritatem pertimeſcunt: *cum vero culpa non exigit* (Gregorij verba referam lib.7. epiſt. 64.& 81.) *omnes ſecundum rationem humilitatis, æquales dicuntur, omnes fraternitatis coniunctione tenentur*. Iſtud idem Gregorius Nazianzenus oratione de modeſtia in diſputatione ſeruanda Apoſtolorum confirmauit exemplo, *qui tametſi omnes ſublimes eſſent dignitate*, & inter eos Petrę, ita

Diſtin. 56. ca. mos antiquus.

To. 4. ep. 12.

ita enim loquitur, *Eccleſiæ fuerint fundamenta commiſſa; tamen vt omnia cum decore agerentur, nunc de iſto Petrus quærebat, de illo Philippus, de alio Bartholomæus, nec omnia vnus, ſed quiſq. ſuo loco ſingulatim. Vult aliquid dicere Philippus, id ſolus non audet, ſed adhibet ſecum Andream: Indiget Petrus, Ioannem adit, vbi hic auſterum? vbi imperandi deſiderium?* Cum vero Iudas proditor, a diſciplina conſuetudineque eorum diſclusus eſt, tunc a Petro Actorum 1. fuit maledicto laceſſitus.

Præterea vt ſedis Romanæ præſtantiam oſtenderet Damaſus, teſte Nicephoro lib. 12. cap. 17. omnes Epiſcopos filios appellauit, cum ſint iure Apoſtolicæ dignitati ſubiecti. Sic Epiſcopi Galliarum, vt ait Aimoinius lib. 5. cap. 37. ſeipſos filios, famulos & diſcipulos Romani Pontificis appellarunt. Qui cum omnium fratrum curam gerat, eique ex munere incũbat, fratres diligere, & in fide confirmare; merito ſub nomine Angeli Philadelphiæ Eccleſiæ, a Ioanne in Apocalypſi deſcribitur. *Ca. 3.* Cui cum ſit ante oculos oſtium omni ex parte patens, omnibuſque hominibus expoſitum, a quo nullum hominũ ſubmouetur genus, ipſeq. ſolus fidei veritatem tot oppugnatam calumnijs retinuerit, hæreſes conuicerit, mendacia ſynagogæ Iudæornm & Satanæ coarguerit, columna ærea in Eccleſia Dei fuerit, iure optimo omnes, non quidem coacti, ſed ſua ſponte ad uiam veritatis accedunt, vt mentis illuminationem aſſequantur, & ado-

rent ante pedes eius.

Qua de re cum Epiſcopi, ſecundum Apoſtolicos canones, Romano Pontifici ſubiecti ſint, merito quidem obedientiam polliceri debent, quam S. Athanaſius, & omnes Aegyptij Epiſcopi in epiſt ad S. Marcum papam promittebant. *Vere nouimus apoſtolatus veſtri cor, gratia ſancti Spiritus in tantum eſſe accenſum, vt omnibus oppreſſis ſuccurratis, quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen veſtri ſumus, vobisq. obedientes cum omnibus nobis commiſſis, & ſumus & eſſe ſemper volumus*. Hinc factum eſt, eo conſilio oēs Epiſcopos pedes Rom. Pōtificis oſculari ſolitos, vt hoc externo ſigno, obedientiam animi indicarent, vt Radauicus lib. 2. cap. 70. Et Vrſpergenſis anno 1105. demonſtrarunt.

Quo plane tempore Vtohildinis Heimenſis & Henricus Padeburgenſis & Fredicus Halberſtatenſis preſules, Metropolitani veſtigijs proſtrati, ipſius atque regis ſtantis totiuſque præſentis Eccleſiæ teſtimonio, Apoſtolicæ ſe dederunt obedientiæ. Vnde ſub Innocentio III. in Concilio Lateranen. cap. 5. definitum eſt, præſtito fidelitatis & obedientiæ iuramento Romanæ Eccleſiæ, pallium conferendum eſſe. Quod etiam Paſchalis II. epiſtola manu ſcripta ad Polonienſem Archiepiſcopum ſanciuit his verbis: *Cum igitur ab Apoſtolica ſede noſtra inſignia dignitatis exigitis quæ a B. Petri tantum corpore aſſumuntur, iuſtum eſt & vos quoque ſedi Apoſtolicæ ſubiectionis debitæ ſigna ſoluatis*

quæ

quæ uos cum B. Petro, tamquam membra de membro habere & catholici capitis vnitatem ſeruare declaret: quod etiam ab omnibus epiſcopis debeat obſeruari qui ſub Apoſtolorum principum Petri & Pauli obedientia decreuerunt, & vnitate perſiſtere. hæc ibi. Hæc tamen conſuetudo ſeruatur in forma Iuramenti, quod omnibus conſecrandis in Epiſcopos defertur expreſſe in Pontificali Romano titulo de conſecratione electi in Epiſcopum, vbi ſubiectionem obedientiamque Rom. Pontifici exhibendam cauetur. Quæ plane conſuetudo vetuſtiſſima fuit. Olim enim omnes Patres qui de Rom. eccle. dignitate vere cẽſuerunt, Pontificis Romani nomen honorificentiſſime appellarunt, eiuſque apoſtolica ſcripta tanquam diuina quædam oracula omni cultu & honore proſequuti ſunt. Quod ſatis liquidò conſtat ex dictis Epheſini Concilij græce manu ſcriptis. Vbi cum Philippus Archadius, & Proiectus Põtificij legati litteras Cęleſtini Papę exhiberent, maxima cum reuerentia nominatus eſt Pontifex, eiuſque ſcripta ſumma cum veneratione recitata ſunt: ſed illorũ verba audiamus. *καὶ νῦν δὲ πρὸς βεβαίωσιν τῆς καθολικῆς πίστεως, πρὸς τὴν πάντων ἡμῶν εὐλάβειαν, δι' ὧν ἡμῶν γράμματα ἐξέπεμψεν. ἅτινα παρ' ἡμῶν ὑποδειχθέντα πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἀναγνωσθῆναι κελεύσατε.* id eſt, & nunc ad firmitatẽ catholicæ fidei ad veſtram omnium pietatẽ nos cum literis miſit quas proinde a nobis reuerẽter S. Synodo oblatas iubete legi. *πρεπόντως* ideſt, vt ait gloſſarium, cũ magno decore. Archadius

 Epiſco-

Epiſcopus legatus eccleſiæ Romanæ dixit: Præcipiat S.V. litteras, τοῦ ἁγίου καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα κελεστίνου τοῦ ἀποστολικοῦ καθέδρας ἐπισκόπου ἀναγνωσθῆναι. id eſt, ſanctiſſimi, & cũ omni adoratione nominandi Papæ Cæleſtini Apoſtolicæ cathedrę Epiſcopi recitari. Proiectus Epiſcopus, & legatus dixit: Iubeat veſtra beatitudo litteras vobis per nos exhibitas, τοῦ ἁγίου μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα κελεστίνου. id eſt, ſanctiſſimi, & cum omni adoratione nominandi Cæleſtini, recitari. Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ dixit. Scriptum Sanctiſſimi, & per omnia ſacratiſſimi, Sanctæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopi Cæleſtini oblatum, μετὰ τῆς προσφόρου τιμῆς ἀναγινωσκέσθω. id eſt, conuenienti honore legatur. Ex qua re conſuetudinem enatam exiſtimo, vt quamprimum litteræ Pontificiæ alicui exhibentur, capiti ſummę venerationis cauſa apponantur. Cum nihil magis decorum ſit, quam ea venerari ſcripta, per quæ S.Petrus caput fideiq; columna viuâ quaſi voce ſubditis ouibus loquitur.

Quare cum Romani pontifices Dei vice coli & obſeruari debeant, neceſſe quidem eſt, vt in ijs ea omnia admiremur, quæ homines in Deo ſuſpiciunt, felicitatem, potentiam, iuſtitiam. Illam omnes votis omnibus expetunt, potentiam reformidant, iuſtitiam venerãtur: cum teſte Plutarcho in vita Ariſtidis, honor & cultus externus hominibus deferatur propter iuſtitiã. Quæ cum ſit omnium domina & regina virtutum, oportet quidem illum maxime a nobis ſuſpici,

ſpici qui ſocietatem cõiunctionis humanæ retinet imperio,& ius cuiq; ſua auctoritate tribuit. Hybrias Cretenſis apud Athęneum cum omnia enumeraſſet armorum genera, quibus iniurias ciuibus impoſitas depellebat, ea de cauſa.

Πάντες γόνυ πεπτηῶτες ἐμοὶ κυνέοντι
Δέσπόταν, καὶ βασιλέα μέγαν φωνέοντι.

Omnes,ait,in genua procumbentes,corã me adorãt
Seu dominum & regem magnum appellant.

Ergo ſi genu flexi,ſtratique terra, ſummis magiſtratibus obedientię cauſa inſeruire debemus; quanto magis Romano Pontifici,qui auctoritate diuinitus ſibi collata,iure optimo omnes ſubditos populos coercere,& eorum conatus compeſcere poteſt? Qua de re Dauid,pſal.71. præſagiebat Æthiopes Chriſti pedibus aduoluendos, & hoſtes proſternendos donec terram lingerẽt; eiuſque ſubpedaneum adorarent, quia futurus erat Chriſtus iuſtis auxilio,pauperibus & imbecillis robori & fortitudini, eorumque iniurias vindicaturus erat, qui ſocietatem humanam violabant. *Tu paraſti,*inquit pſal.98. *directiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.* Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Qua de re cum Romanus Pontifex Chriſti exẽplo iuſtitiam maxime tueatur, adorandus erit; eiuſque pedibus oſcula imprimenda,cum ſumma totius eccleſiæ dignitate potiatur, vt ex ſequentibus capitibus liquido conſtabit.

CAP.

CAP. XIII.

Imperatores Germanorum, vt dignitatem Eccleſiæ Romanæ indicarent, obedientiam polliciti ſunt Romano Pontifici.

NEc ſolum Epiſcopi Romano Pontifici parere debent, ſed etiam Imperatores, & ſummi gentium magiſtratus, eidem obſequium, cultum, reuerentiam & obediētiam deferre. Ad quam rem fortaſſe hortabatur Ambroſius, epiſtola 2. ad Marcellinam, his verbis: ***Ego ad te, o Imperator, verba conuertam, quoniam aduertis, quam grauiter Dominus nonnullos conuenire ſoleat, vt quo glorioſior factus es eo amplius auctori deferendum noueris: Scriptum eſt enim: Cum te induxerit Dominus in terram alienam, ne dixeris virtus mea eſt, iuſtitia mea hoc mihi dedit, ſed Dominus Deus donauit, ſed Chriſtus miſericordia ſua contulit. Et ideo corpus eius, id eſt, Eccleſiam diligendo, aquam da pedibus eius, oſculare pedes eius, vt nō ſolum abſoluas eos, qui in peccatis deprehenſi ſunt, ſed etiam pace tua dones, concordiæ & quieti relaxes.*** hæc ille. Quod plane exemplo multorum confirmari poteſt.

Henricus quartus Anno M. L X. teſte Vrſpergenſi, & Radauico lib.2. cap.70. cum ſe ad Vi-

ctoris Papæ pedes abieciſſet, quem armis & vi contra Gregorium VII. conſtituerat, vt parere & obtemperare ſedi Apoſtolicæ videretur, oſculatis pedibus, ei obedientiam detulit. Quã vocem Germani veteres rerum ſcriptores, vt cõmunem ac vulgarem vſurpant, & paſſim inculcant, cum inde bella grauiſſima inter patrem Henricum IIII. qui obedientiam Romani Põtificis pertinaciter impugnabat, vt ait Trithemius in chronico, & Henricum filium exorta ſint; vt Vrſpergenſis eſt auctor his verbis: *Henricus V. contra patrem rebellans, debitam promittit Papæ obedientiam. Qui in conuentu Epiſcoporum babito in villa regia Northuſii 4. Kalen. Iunij magnam exhibuit ſacerdotibus Dei reuerentiam. Et obortis lachrymis, regem cæli cunctamque cæli militiam teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum regnum vſurpaſſe, neque Dominum & patrem ſuum a Romano deponi Imperio exoptaſſe: imò debitam pertinaciæ & inobedientiæ compaſſionem exhibere; ſique ſancto Petro, et eius ſucceſſoribus, lege Chriſtiana ſubijci vellet, aut debite ſe ſubiecerit obedientiæ iugo, ſe regno cedere, et ſeruiliter patri ſubeſſe promiſit.*

Quam rem cum Henricus IIII. agnouiſſet, Anno 1076. multis conſcriptis epiſtolis appellauit Paſchalem II. eique varijs in locis obedientiam pollicitus eſt. Primum in Epiſtola ad Regẽ Celtarum obediẽtiam & ſubiectionem pollicetur Apoſtolicæ ſedi, & in epiſtola ad Henricum filium, *nos*, inquit, *Nuncio Domini Papæ et Romanæ*

manæ Eccleſiæ te præſente obedire parati fuimus, et ſumus, omnem debitam obedientiam et reuerentiam ei coram et ſemper exhibere. Et in epiſtola ad Electores Imperij eandem obedientiam promittit. *Sicut Domino papæ in præſentia Legati ſui et ueſtra, obedire parati fuimus; ita et nunc parati ſumus ei omnem debitam reuerentiam, et obediẽtiam ſincero corde et deuotione præſentialiter exhibere.* Præterea idem Henricus veniam precabatur ab omnibus, & pedibus Apoſtolici legati obuolutus orabat, vt ſe ab excommunicationis ſententia ſolueret. Quod cum vix impetrare potuiſſet, *Romam ad Apoſtolicum veniam poſtulaturus acceſſit. Quem in oppido Canuſino inuentum, per triduum ante portam caſtri depoſito regio ornatu, nudis pedibus ab eo veniam exorauit. Nec prius cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium et cõſolationem implorare deſtitit, quam omnium, qui aderant precibus et lachrymis, laxato tandem anathematis vinculo, in communis gratiam et ſinum matris Eccleſiæ receptus eſt.* Hæc Vrſpergenſis & Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 36.

Inde Henricus V. vt ait Vrſpergẽſis in Chronico, in ſynodo Romæ congregata, anno 1102. in hæc verba iurauit: *Promitto obedientiam Apoſtolicæ ſedis Põtifici Domino Paſchali, eiuſq; ſucceſſoribus, ſub teſtimonio Chriſti, et Eccleſiæ, affirmãs, quod affirmat; et damnãs quod damnat vniuerſalis Eccleſia.* Et an. 1122. iterũ promittẽs *Apoſtolicæ reuerentiæ*, vt ait Vrſpergẽſis, *obedientiam*, demiſſiſq; oĩbus inueſtituris, a legatis Pon. abſoluitur.

Præte-

Præterea anno Domini 1213 Fridericus II. Imperator ad Innocentium III. tranſmiſit has obedientiæ litteras, quas ex bibliotheca Vaticana tranſcripſi. *In nomine ſanctæ et indiuiduæ Trinitatis, amen. Fredericus II. diuina fauente clementia Romanorum Rex, et ſemper Auguſtus, et Rex Siciliæ. Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cum altiſſimum Deũ, de cuius manu ea, quæ poſſidemus bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias, et deuotionis et operis accingimur. quantum in nobis ipſum miſericordem experimur, cognoſcentes gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo, habentesque præ oculis immenſa et innumera noſtra, Chariſſime Domine, et reuerende pater, protector et benefactor noſter Domine Innocenti, Dei gratia ſumme Pontifex venerande, per cuius beneficium, operam et tutelam protecti pariter et promoti ſumus. Itaque vobis Beatiſſime pater, et omnibus ſucceſſoribus Catholicis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſpirituali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam et reuerentiam ſemper humili corde et deuoto ſpiritu exhibemus, quam prædeceſſores noſtri Reges et Imperatores, Catholicis veſtris prædeceſſoribus impendiſſe noſcuntur.* Hæc ibi. Imperatores vero iuramento fidelitatis & obedientiæ aſtringi, quo Romanæ & Apoſtolicæ ſedi parere cogantur, in Clementina vnica de iureiurando §. cæterum quin, diffinitum eſt his verbis: *Rodulphus pater ipſius, et alij prædeceſſores eiuſdem Romanorum Reges, diuerſis noſtris prædeceſſoribus iuramentum fidelita*

delitatis,et obedientiæ præſtiterunt. Ex quibus verbis aperte conſtat iuramentum fidelitatis ab obedientiæ iuramento nulla ratione diſtingui.

Reges quoque non ſolum eandem obedientiam polliciti ſunt Romano Pontifici, ſed illam quoque ex animo exhibuerunt. Nam Eduardus Rex Anglorum, vt Alredus in eius vita teſtatur. has litteras ſuæ obedientiæ ad Nicolaum 11. anno 1059. tranſmiſit his verbis: *Summo vniuerſalis Eccleſiæ patri Nicolao, Eduardus gratia Dei Anglorum Rex debitam ſubiectionem et obedientiam.* Si enim ei qui nos aluit, & educauit in fide, non ſolum noſtra omnia, ſed quod maius eſt, noſmetipſos ipſi debemus, vt ait Paulus ad Philemonem; mirum ne cuiquam erit, ſi Apoſtolico Romano Epiſcopo qui omnia ſua auctoritate gubernat, omnes Principes obediẽtiam deferant? *Confidens in obedientia tua* ait Paulus, hæc ſcripſi, *ſciens quoniam, et ſuper id, quod dico facies.* Quod plane obedientiæ exemplum, ſi ſibi ante oculos proponere voluiſſent principes, nunquam in controuerſiam vocaſſent, hoc tempore, id quod longa annorum ſerie, ſui maiores huic ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię detulerunt: nam eſſet grati animi exemplum Romano Pontifici, cui plurimum debent, quam plurima velle debere.

CAP.

CAP. XIIII.

Quid per obediẽtiam, quam Reges pollicentur Romano Pontifici intelligendum ſit, & ad quæ obſequia præſtanda hac voce obſtringantur.

CVm principes Romano Pontifici obedientiam exhibent, nõ tam rebus fidei parere, quod eſt omnium maximum, quam etiam Eccleſiæ defenſioni ſtudere, & eius dignitati conſulere pollicentur. Quod plane non ſolum in rebus ſpiritualibus intelligendum eſt, in quibus maxima adhibenda eſt cura ne hominum iniuria violentur, ſed etiam in externo Reipublicæ ordine temporalique adminiſtratione, quæ ab illis tanquam ex fonte deducuntur. De quibus breuiter ſcripturæ ſacræ teſtimonijs dicturum polliceor.

Primum igitur obedientiæ cauſa tenẽtur Reges ædificare Eccleſias, perſecutores impugnare, armis ſacerdotes tueri, munire ac protegere bona omnia quæ a fidelibus Eccleſiæ conferuntur. Quod Eſaias expreſſit his verbis: *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, et reges eorum miniſtrabunt tibi.* Quem locum ita interpretatus

eſt Hieronymus. *Videmus Cæſares Romanos Chriſti iugo colla ſubmittere, ædificare Eccleſias expenſis publicis, et aduerſus perſecutiones gentium et hæreticorum inſidias, legum ſcita pendere.* Idem prorſus S. Cyrillus affirmat lib. 5. in Eſaiam. *Reges hic dicit Principes populorum, qui aſſiſtunt Eccleſiæ Chriſti, ſatellitio munientes eam, & liberos eius veluti ſcuto protegentes, ac omnem impetum propellentes. Qui ſummis ornati honoribus & Regium ſceptrum habentes Eccleſiæ aſſiſtunt, id eſt obediunt. Aſſiſtentia enim obedientiam ſignificat. Cedunt enim diuinis ac ſacroſanctis vaticiniȷs, & precationem Eccleſiæ ſummo in pretio habent.* Procopius in hunc locum: *Hodie,* ait, *Romanarum copiarum duces, Regumque timor, inſidias ab Eccleſia propellit, vel certe cum aſtandi verbo (vt legunt ſeptuaginta viri, loco illius miniſtrabunt tibi) vſus eſt Propheta, Reges obedituros eſſe ſignificauit. Parent enim diuinis oraculis, & quod iubet Eccleſia, omni ratione venerantur, et ſeruāt.* Quod plane Ioannes Monachus in vita S. Epiphaniȷ de Sapore Rege Perſarum retulit. Qui cum humiliato corpore, & inclinata ceruice, e ſella Regia ſurrexiſſet, tādem ſceptrum regium ſubmiſit in terram, vt illius ſe poteſtati ſubiectum oſtenderet. Enimuero regna non tam ſui cauſa, id eſt, vt ſuæ amplitudini & dignitati conſuleretur, quam ſacerdotum gratia, inſtituta fuerunt a Domino, videlicet vt Reges, inobedientes & refractarios homines Sacerdotibus obedire compellerent, eoſque brachio regiæ amplitu-

plitudinis ſubleuarent. Quod S. Iſidorus Peluſiota S. Ioannis Chryſoſtomi diſcipulus in epiſt. ad Iſidorum monachum egregie demonſtrauit his verbis, *Populi hebræorum cum nimis carnales atque rudes eſſent, regnumq; poſtulaſſent, ipſis vtilitatis cauſa conceſſum eſt, eo quidem conſilio, vt Reges reprimerent lapſus illorum qui ſacerdotio parere renuebant.* Hoc quidem plane obedientię genus Imperatores Chriſtiani magna animi pietate ſeruarunt, vt Conſtantinus beatæ memoriæ ſua liberalitate, Theodoſius legum præſidio, Martianus religione, alij denique ſpectatæ virtutis Principes fidei, & veritatis gratiā pręſtitere: cum vires omnes Imperij ad Eccleſiæ dignitatem augendam conuerterint. Lapſa tamen paulum religione, & animis hominū quandoq; ad impietatem incumbentibus, decuit Romanū Pontificem iuramento fidelitatis, & obedientiæ ſibi Reges obſtringere, tum vt ſibi conſuleret, tum etiam, vt illorum, vel arrogantiā, vel temeritatem inhiberet. Inde nata formula iuramēti fidelitatis certis verborum notis concepta, hinc iuſiurandum delatum Regibus, quo firmiori præſidio Eccleſiam defenſuros pollicentur, hinc præſcriptæ leges, inſtitutæ pœnæ aduerſus eos qui fidelitatis, & obedientiæ iuramentum violarent. De qua re copioſe 63. diſt. cap. Ego Ludouicus, & c. tibi Domino, & clem. de iureiurando diffinitum: & in vetuſtiſſimo libro qui ordo Romanus inſcribitur, & in Pontificali tit. de coronatione Imperatorum, & inde

coronatione Regum traditum legimus, vnde Reinerius Stein calumnioſe retulit in præfatione ad Bennonem in vita Gregorij vij. ante Clementem v. omnes Pontifices in verba Imperatorum iuraſſe; cum id quidem a Carolo, & Lodouico filio originem duxerit.

Nec ſolum Principes iuramento fidelitatis, &obedientiæ Romanis Pōtificibus aſtringebantur,ſed etiam ad ipſos in Petri Cathedra Patrū conſenſu collocatos Oratores tranſmittebant, qui ſuo nomine obedientiam, & veram fidei conſociationem pollicerentur. Quod B. Symmachus Epiſcopus Romanus, in Apologetico aduerſus Anaſtaſium Imperatorem aſſeuerauit his verbis: *Catholici quidem Principes ſemper Apoſtolicos præſules inſtitutos, ſuis litteris præuenerunt; & illam confeſſionem fidemq; præcipuam, tanquam boni filij quæſierunt, debitæ pietatis affectu; cui noſcis ipſius Domini ore curam totius Eccleſiæ delegatam. Et ad finem. Omnes Catholici Principes, ſiue cum Imperij gubernacula ſuſceperunt; ſiue cum Apoſtolicæ Sedi nouos agnouerunt præſules inſtitutos, ad eam ſua protinus ſcripta miſerunt, vt ſe docerent eius eſſe conſortes. Itaq; qui hoc nō fecerunt ab eadē ſe ipſos profitentur alienos.* Hæc Symmachus. Quæ plane conſuetudo illis temporibus inſtituta,etiā nunc in communi Regum omnium vſu verſatur,cum omnes Principes, qui Religionem Catholicam amplectuntur,ad Sedem Apoſtolicam ſuos Oratores ſuaq; fidei ſcripta tranſmittant; quibus aperte profitentur

tentur ſe velle Romanis Pontificibus, Ciuitates, Prouincias, & Regna ſubijcere.

C A P. X V.

Regia inſignia à Sacerdotibus conferri ſolita, & vna cum illis ius legitimum Imperij.

EX hac obedientia quæ ſummis Sacerdotibus defertur, Principes ius legitimum Imperij, eiusq; ampliſſima inſignia aſſecuti ſunt; quibus diuinam præſentemque virtutem oſtenderent. Purpura enim, ſceptrum, diadema, & alij cultus Regij qui βασιλικὰ σύμβολα ſiue σχήματα καίσαρος. id eſt, Regia inſignia, & Auguſtalia ornamenta appellantur, quæ more maiorum Imperatoribus competunt; ab ipſis ſummis Sacerdotibus conferuntur; ea quidem conditione, vt ex [eorum] ſuffragijs dentur vel detrahantur Imperia; ſi ad quaſdā pactiones Reges non accedant, vel ad eas ſeruandas adduci non poſſint. Euphemius Patriarcha, vir ſanctiſſimus Sacerdotis ſummi locum tenens, vt ait Euagrius lib. 3. cap. 32. quaſi Epiſcopi Romani vices gereret, (cum Prouinciæ Orientis, à Romana Sede per Epiſcopos, qui eius vicem obtinerent, fuerint gubernatæ, teſte S. Leone Epiſtola 84. & Nicolao primo ad Michaelē Imperatorem)

nunquam purpura ornare voluit Anaſtaſium, donec cōceptis verbis, religionem tueri, & edito chirographo, fidem Catholicā ſeruare compulerit. Quem locum, ne aliquam calumniam patiatur, verbum ex verbo tranſcribendum duxi, vt eo manifeſtiſſimum errorem Panuini arguamus, qui lib. 2. Romanorum Principum, Iuſtinum Iuniorem, anno Domini 565. primum à Iohanne Patriarcha coronatū, & libro de comitijs, dubius ſub Iuſtiniano, vel ſaltem poſt eius obitum, hunc morem coronandi ſeruatum memorat. In vtraque re hæret cum ſub Anaſtaſio anno Domini 413. hic mos viguerit. De quo Zonaras Tomo tertio ait. τοῦτον τοίνυν ὁ πατριάρχης Εὐφήμιος, ἔγγραφον ἰδιόχειρον τοῦ Ἀναστασίου δεξάμενος, ὡς δέχεται τὰ τῆς ἐκκλησίας δόγματα, καὶ τὰ παρὰ τῆς ἐν χαλκηδόνι συνόδου ὁρισθέντα φυλάξει πάντα. στέφει αὐτόν. *Hic igitur Patriarcha Euphemius, chirographo ab Anaſtaſio accepto, quo ſe amplecti Eccleſiæ dogmata, & Concilij Chalcedonenſis decreta ſeruaturū eſſe omnia profitebatur, coronat hominem.* Huius vero Patriarchæ Euphemij tanta fuit animi conſtantia, ac magnitudo, vt minaretur Anaſtaſio ſi ad peruertendos animos Eccleſiam ingrederetur, reſecta coma, illum coram populo in triumpho ducturum; vt refert Suidas verbo Anaſtaſius Silentiarius, & verbo φατρεία, vbi ita habet. *Anaſtaſius Silentiarius, poſt factus Imperator, ſub Euphemio Patriarcha Conſtantinopolitano, ſuggeſto facto, cœtus cum quibuſdam agitabat. Euphemius vero minitabundus illi edicit!*

cit; vt aut ſi frequentet Eccleſiam, cum ea conſentiat: aut prorſus ab ea abſtineat, ne imperitiores peruertat. Sin ſecus, inquit, feceris, reſecto capillo tuo te in triumpho circumducam apud populos. Ex eo tempore quieuit Imperator, nolebat enim amittere felicitatem, & gloriam Imperij. Præterea Nicephorus Patriarcha, vt Zonaras eſt autor, Michaelem Rangabim coronat, exacto prius ab eo reſcripto, quo promitteret, ſe nunquam Eccleſiæ inſtituta violaturum. Sed ſi coniecturis eſt locus, iampridẽ à priſcis illis Chriſtianis Imperatoribus, ſeruatam hanc coronandi conſuetudinẽ reperi. Nam apud Sicconium Polentorium lib. 1. exemplorum ad Modeſtum filium, & Sigebertum in chronico anno 381. legimus, faſcibus Imperialibus exornatum, & diademate coronatum, à Miletio Epiſcopo Antiocheno Theodoſium Seniorẽ fuiſſe. Quod plane lucide conſtat ex verbis Ambroſij, quibus in Theodoſium acrius inuehitur, cum *Synagogas* conſtruere voluiſſet; quæ apud Zonaram, Tomo 3. habentur.

Ad hæc anno 424. Conſtantino Rege Britonum Vuortegirnus Conſul Gemuſeorum, Conſtantem Monachum in Regem ſublimauit, & vice Epiſcopi, vt ait Gemblacenſis, capiti eius Diadema impoſuit, vt ijs ornamentis Regiæ dignitatis cæteris omnibus conſpicuus fieret. Ferunt tamen magnum Conſtantinum, qui & Religioni, & Eccleſiæ plurimũ detulit, primum omnium Imperiali diademate vſum, margari-

tiſq;, & gemmis ſuperbius ornatum, vt ait Georgius Cedrenus in hiſtoriarum compendio, indeq; in omnes Chriſtianos Principes hanc coronandi conſuetudinē deſcendiſſe. Nam à Clodoueo qui à Beato Remigio inauguratus, pie regnandi ſumpſit auſpicia; pie etiam inſtitutū eſt, vt eius imitatione cęteri Reges Gallorum ſacris initiarentur à Pontificibus, antequā Regni adminiſtrationem ſuſciperent; vt Aimoinius lib. 3. cap. 61. & lib. 5. cap. 36. 39. & 49. demonſtrauit. Sic Germanorū Reges à Pontificibus, toto ſpectante populo coronari voluerunt, vt Vuitichindus lib. 2. Othonis vnctionem deſcribens narrauit his verbis: *Dum ea geruntur à Ducibus ac cætero Magiſtratu, Pontifex Maximus cum vniuerſo Sacerdotali ordine, & omni plebe, infra in baſilica præſtolabatur proceſſionem noui Regis. Quo procedente Pontifex obuius læua ſua dexteram tangit Regis, ſuaq; dextera lituum geſtans linea indutus ſtola planetaque infulatus, progreſſusq; in medium vſque phani ſubſiſtit: & reuerſus ad populum qui circunſtabat, nam erant deambulatoria infra ſupraque in illa Baſilica in rotundum facta, quo ab omni populo cerni poſſet. En, inquit, adduco vobis à Deo electum, & à Domino rerum Henrico olim deſignatum, nunc vero à cunctis Principibus Regem factum Othonem, ſi vobis iſta electio placeat, dextris in cælum leuatis ſignificate. Ad hæc omnis populus dextra in excelſum leuans, cum clamore valido imprecati ſunt proſpera nouo duci. Proinde procedit Pontifex cum Rege tunica ſtricta*

more francorum pene altare: Super quod inſignia regalia poſita erant, gladius cum baltheo chlamis cum armillis, baculus cum ſceptro, & diademate. Eo quippe tempore erat Summus Pontifex nomine Hildibertus Frãcus genere, Monachus profeſſione, nutritus, vel doctus in Vuldo monaſterio, & ad id honoris merito progrediens, vt pater eiuſdem loci conſtitueretur, deinde Summi Pontificatus Moguntiacæ Sedis faſtigium promeruiſſet. Ipſe autem accedens ad altare, & ſumpto inde gladio, cum baltheo conuerſus ad Regem ait. Accipe hunc gladium quo eijcias omnes Chriſti aduerſarios barbaros, & malos Chriſtianos authoritate Diuina tibi tradita omni poteſtate totius Imperij Francorum, ad firmiſſimam pacem omninm Chriſtianorum. Deinde ſumptis Armillis ac chlamyde induit eum. His cornibus humitenus dimiſſis, inquit, monearis quo zelo fidei ferueas, & in pace tuenda perducere vſq; in finem debere. Exinde ſumpto ſceptro baculoq; His ſignis, inquit, monitus paterna caſtigatione ſubiectos corripias, primum quæ Dei miniſtris, viduis, ac pupillis, manum miſericordiæ porrigas nunquamque de capite tuo oleum miſerationis deficiat, vt in præſenti, & in futuro ſempiterno præmio coroneris. Perfuſus itaque oleo ſancto, & coronatus diademate aureo ab ipſis Pontificibus Hildiberto, & Vuichfride, ac omni legitima conſecratione completa, ab eiſdem Pontificibus ducitur ad ſolium ad quod per cocleas aſcendebatur, et erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas conſtructum, vnde ipſe omnes videre, et ab om-

nibus ipſe videri poſſet. Hoc ille.

Sed in hunc coronandi ritum, omnes Chriſtianos Principes mutua animorum cõſpiratione conueniſſe, docte Renatus Choppinus lib. 3. de Domanio Franciæ, c. 8. demõſtrauit. A quo cum multa huius argumenti exempla peti poſſint, ea ſolum adducam quæ ab eo prætermiſſa cum ſint, plurimum tamen hãc diſputationem illuſtrant. Gregorius itaq; vij. cum Henric. iiij. Imperio abrogaſſet, & Rudolphum Ducẽ Burgundiæ in Imperatorem elegiſſet, vt hoc factum illuſtri argumento demonſtraret, coronam auream nouo Regi tranſmiſit, cui hoc carmen erat inſculptum.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

De qua re Hermoldus in chronico lib. 1. c. 28. ita ait: *Videntes Cardinales ſuggerunt Apoſtolico, vt abrogato Henrico transferat regnum ad alium virum, dicentes, indignum eſſe, vt talis regnet, qui de publicis conuictus eſt facinoribus. Itaque deſignatus eſt Dux Sueuorum Rudolphus quod fuerit vir bonus, amator pacis, et circa cultum ſacerdotij, et eccleſiarum optime affectus. Cui Dominus Papa auream tranſmiſit coronam hoc verſ. intitulatam.*

Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam.

Sed Radiuicus lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 30. ſatis diffuſe grauem velitationem inter Pontificem, & Imperatorem commemorat, de coronandi iure, cum Pontifex acriter inſtaret coronam Imperialem à Sacerdotibus dari, & vna cũ ea Imperij

perij iura conferri: è contra negaret factum Imperator, ſuæque virtuti, & ſuorum aſcriberet. Quo factum eſt, vt tota fuerit vrbe tumultuatum, cum picturam in porticu B. Petri delere, & hæc carmina abradere curaſſet Auguſtus.

Rex venit ante fores, iurãs prius vrbis honores.
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

Sed id diu fruſtra tentatum fuit, licet Imperatores diutina inueſtiendi licentia, & iniuria elati, quaſi iure, & æquo niterentur aduerſus Pontifices Maximos: in certum an metu, vel inuidia: Certum illud quidem, maximo cum labore confectum, vt orientis Imperij dominatus ad Germanorum Reges transferretur. Quod vix confici poſſet, niſi authoritate Pontificum omnia Imperij iura, dilapſis deterioribus, ad legitimos Principes deueniſſent. Nam poſt Carolum Magnum, qui Egnihardi, & aliorum hiſtoricorum conſenſione, Romanorum Rex, & Auguſtus à Leone iij. electus, & coronatus fuit; Lodoicus ad imperij dignitatem ſublatus: vt ait Marianus Scotus in chronico anni 817. & in Imperatorē ab Stephano Papa inunctus, tandiu Auguſtales honores obtinuit, quandiu luxuriæ ſæuitiæque criminibus compertus non fuit. Cum primum vero ob crimina perpetrata excōmunicationis ſententiam à Gregorio iiij. inflictam ſubijt, Imperatoria dignitate priuatus, & carceri apud Sanctum Medardum incluſus, vix ad imperij habenas reſtitui potuit; niſi prius reconciliatione percepta, iterum baltheo imperiali, & dia-

demate

demate ornaretur: vt Robertus Gaguinus libro 4. eſt author Lodouicus præterea Lotharij filius à Sergio Papa coronatus, vt ait Ado in Chronicis anni 850. & ab omnibus Auguſtus ſalutatus, ius legitimum ſuſcepit imperij. Carolus nepos Lotharij, cum Regnum Auſtriacum vi, & dolo occupaſſet, à Legatis Sedis Apoſtolicæ excommunicatus, à Regno eiectus fuit; teſte Gaguino lib. 5. Ioan. 8. Carolum Caluum, vocatum in Italiam coronauit, & Lodouicum Caroli filium contra Lambertum aduocauit & corona imperij impoſita Auguſtũ inſtituit. Adrianus iij. de imperij ſucceſſoribus decreto ſanciuit, quis nam poſt Carolum craſſum imperio ſuccederet. Formoſus Papa Arnulphum in Vrbem induxit, eumq; imperatorem inſtituit, vt ait Sigonius in libris de Regno Italiæ. Maguntinus Archiepiſcopus Socios hortabatur, vt eſt apud Hermoldum lib. 1. cap. 32. vt Henricum v. Regno deturbarent. Cuius verbis excitati, Regem aggreſſi ſunt eiq; coronã de capite abruperunt. Quamobrem merito, Beatus Ambroſius epiſtola 33. lib. 5. ex veteri iure, donata à ſacerdotibus imperia, non vſurpata teſtatur cum varia Regna ex ſacerdotali auctoritate dependeãt. Vnde recte Adrianus à Græcis ad nos tranſtulit imperium, Zacharias Anno 751. Pipino Francorum Regnum adiudicauit, eumq; à Sacramẽto fidelitatis, quod Helderico promiſerat, abſoluit, vt ait, Friſingenſis lib. 5. c. 33. vt illi auſpicato hanc gubernãdi Prouinciam demandaret.

Abſol-

Abſoluendi vero à iuramento fidelitatis,& trāſ-
ferendi regna authoritatem habuiſſe Pōtifices,
Radeuicus eſt author,lib.5.c.21.22.23.& c.28.
& c.31 & 32.vbi totam hanc diſputationem di-
fuſe perſequitur: cum Ludouicus Imperator à
Ioanne viij. Pontifice fuerit ab illo Sacramen-
to fidelitatis abſolutus,quod pro vita cōſeruan-
da Adalgyſo tyranno promiſerat, vt idem Ra-
deuicus lib.6. cap.4. & Reghino anno 821. te-
ſtantur. Qua de re vix impudentiæ notam au-
fugit, Hermannus Comes Nuenarius (libro de
Sedibus veterum Francorum) cum Regni ori-
ginem, non ad Romanum Pontificem reuoca-
uerit,ſed virtuti Germanorum aſcripſerit. Nun-
quam enim Germani hoc ſibi ius arrogare po-
tuiſſent, nunquā illud propria authoritate ven-
dicare, niſi prius Sacroſanctæ Eccleſiæ authori-
tas acceſſiſſet. A qua non ſolum Germani,apud
quos præſidij loco eſt ſub Imperij iure cenſeri,
ſed etiam Græci Imperatores,regna Patriarcha-
rum authoritate ſuſceperunt. Iſaacius Conne-
nus,Patriarchæ authoritate, ad habenas Impe-
rij tractandas admotus eſt. Quem ſępe nimium
in gubernando procacem, denunciatione peri-
culi perterrebat Pōtifex, vt ait Zonaras Tom.3.
affirmans, *Quemadmodum illi contuliſſet Impe-
rium, ſic quoque erepturum*. Arſenius etiam Pa-
triarcha Michaeli Paleologo recte de Pontificis
Romani primatu ſentienti, ad tempus decreuit
imperium. Quod cum ob ſcelera eripere ten-
taſſet, veritus Paleologus authoritatem Pontifi-
cis,

cis, cum multis calumniis excogitatis, e gradu, & dignitate deiecit. Sed vt alia proſequamur; Martinus iiij. Petrum Aragoniæ Regem regno abdicauit. Innocentius iiij. Federicum ij. Imperio deiecit, & in Regno Portugaliæ Regem idoneum conſtituit, vt maiori cum authoritate præſideret. Quibus exemplis alijsq; quam plurimis vetuſtioribus, quorum bona pars à Gregorio vij. lib. 8. regeſtri Epiſtola ad Hermannum Mimatenſem Epiſcopum enumeratur, eorum os duriſſimum confringere poſſumus, qui Sacroſanctæ Eccleſiæ, derogare contendunt. Extat Sancti Gregorij, lib. 12. epiſtolarum, priuilegium Abbatis Sancti Menardi, vbi ad finem, Pontifex, Regibus grauiſſima iactura dignitatis, & Regni turpiſſima amiſſione interdixit, nequiſquam maiorum Pontificum decreta violare audeat. Turpe profecto eſſet, de tali viro exiſtimare, cum ſibi temere hanc tantam arrogare poteſtatem, niſi eandem multorum ſeculorum conſenſione firmatam ſciret. Quæ autoritas ex Apologia Symmachi Papæ, in Anaſtaſium Imperatorem aperte deducitur. Cum libere audeat affirmare Pontifex, *Imperatores vti non poſſe ſuis priuilegijs, ſi Romani Epiſcopi monita cõtemnant.* Sic etiam Paſchalis ij. Epiſtola ad Anſelmum, *Iure priuandum eſſe Imperatorem patrimonio contendit, ſi matrem Eccleſiam polluat adulterio; vel ſi id quod nouimus ſacerdotibus ſolis deberi, laica temeritas præſumat.* Nam ad Romanum Pontificem ſpectat, Regibus, pro peccato commiſſo

pœnas

pœnas imponere (vt ait Innocentius 3 lib. 2. cõ-ſtitutionum Decretalium, conſtitutione 2. & Pſalmo pœnitentiæ 4.) Imperatores ſeueriſſimé caſtigare, cum regnum ſacerdotio ſubiaceat, & Vnctio Regalis ob eam cauſam, iam non in capite, ſed in humero fiat. Qua de re Beatus Petrus Damianus in ſermone primo de dedicatione Eccleſię ſic ait: *Quintum eſt inunctio Regis. Sublimis iſta delibutio, quia ſublimem efficit poteſtatem. Cum enim tantæ nobilitatis ſanguis, uel genere, uel electione conſecratur in Regem, religio cũ nobilitate totius regni uiribus conuocatur. Aſtat hinc primatũ, Metropolitanorũ, & Epiſcoporũ glorioſa ſocietas; illinc Ducum, Comitum, Caſtellanorum non ſpernenda nobilitas. Procedit medius homo ſupra homines regnaturus, conſtipatus agmine perſonali. Ducitur denique ad aram excelſi Principis, principium regni ſortiturus ab illo per quem Reges regnant. Prius autem quam imperatorijs cultibus ueſtiatur, requiritur ſuper eo cleri uoluntas, & populi, & manu propria iurat libertatem Eccleſiarum. Extunc exuitur ueſtimentis ſuis, et oleo ſanctificationis aſpergitur ut typico rore perfuſus, cæleſtis unguenti plenitudine glorietur. Induitur denique purpura, quod eſt Regiæ maieſtatis inſigne, geſtans regni ſceptrum in manibus ad regendum populum ſanctum Dei. Ponitur et corona aurea ſuper caput eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, et ope fortitudinis. Præfertur et gladius in oculis eius, ut cognoſcat, quia uindex eſt iræ Dei, in hoc ipſum conſtitutus. Tantis igitur ac talibus my-*

ſterijs initiatus, reportatur ad palatium, à die illa, et deinceps timendus, pariter et amandus. Felix autem ſi gladium regni cum gladio iungat ſacerdotij, ut & gladius ſacerdotis mitiget gladium Regis, & gladius Regis gladium acuat Sacerdotis. Iſti ſunt duo gladij, de quibus in Domini paſſione legitur: Ecce *gladii duo hic: et reſpondetur à Domino, ſufficit, tunc enim regnum prouehitur, ſacerdotium dilatatur, honoratur utrunque, cùm Domino prætaxata fælici conſederatione iunguntur.*

CAP. XVI.

Epiſcopis ſuo iure conuenire, vt omnes homines eis capita ſubmittant, & ſacras manus oſculentur.

SED vt iam ad angulos noſtræ diſputationis accedamus, ex his ſatis ſuperq; patere poterit, olim Epiſcoporum pedibus oſcula quandoque infixa fuiſſe; ſtudij, humilitatis, miraculorum, vel pœnitentiæ cauſa. Hoc enim inter pœnitendum obſeruatum fuiſſe, ſuperioribus capitibus demonſtrauimus. At vero ſuo iure illud ſolū ſibi vendicare poſſunt, vt ipſis tam infimi quique, quam etiam Reges ac Principes ca-

capita ſubmittant, vel ſacras oſculentur manus. Quod ex varijs conſtitutionibus, & Patrum teſtimonijs confirmari poteſt. Valentinianus Imperator, cum de Epiſcopi cuiuſdam electione ageretur, ita ad ſacerdotes Dei verba habuit. *Talem in Pontificali conſtituite ſede, cui, & nos, qui gubernamus Imperium, ſyncere capita ſubmittamus, & eius monita dum tanquam homines deliquerimus, neceſſario veluti curantis medicamenta ſuſcipiamus*. Idem prorſus obſeruauit Conſtantinus magnus in Concilio Nicæno, qui ad Epiſcoporum conuentum accedens, vt ait Nicephorus lib. 8. cap. 16. ſubmiſſiori, quam tanta amplitudo Imperatoris ferret, throno parato, non prius ſibi conſidendum putauit, quã id ab Epiſcopis permitteretur; & tandem admonitus, reuerentia eis exhibita, conſedit, & cum eo ſacer ille chorus. Auguſtinus epiſt. 147. ad Proculeianum Donatiſtam ita habet. *Homines quidem cauſas ſæculares apud nos finire cupientes quando eis neceſſarij fuerimus, ſic non ſanctos, et Dei ſeruos appellant, vt negotia terræ ſuæ peragant, à quibus quotidie ſubmiſſo capite ſalutamur, vt diſſenſiones hominum terminemus, qui capita nobis ſubmittunt. vt eos concordes in terra faciamus*. Sanctus Clemens Papa, apud Burchardum li. 1. cap. 124. ita conſtituit. *Omnes Principes terræ, et cuncti homines Epiſcopis obedire, et capita ſua ſubmittere, eorumque auditores exiſtere debent*. Felix, & Ioannes Papæ Epiſcopis caput ſubdere, & colla ſubmittere Principes ſolitos eſſe, & non

de eorum capitibus iudicare, demonſtrarunt. Quod quam ſit rationi conſentaneum, egregie docuit Clemens Romanus lib. 2. conſtitutionũ Apoſtolicarum cap. 11. 17. 29. & 30. vbi confirmat, Epiſcopos Regibus, & Principibus ſuperiores euaſiſſe. Gregorius Nazianzenus Oratione ad ſubditos timore perculſos idem cẽſet his verbis: *Lex Chriſti Imperatores meæ ſubiecit poteſtati, meoq; tribunali ſubmiſit: Imperamus enim, vt ipſi. Addo imperio maiori, et perfectiori. Aut oportet potius, vt ſpiritus ſubſit carni, cæleſtiaq; terreſtribus? Suſcipe vocem liberiorem. Scio te, ò Imperator, ouem eſſe mei gregis, paſtoris magni agnum, recteq; è ſuperis à ſpiritu directum. Et ideo breuis, et ſuccintus eſt ad te meus ſermo. Chriſti gratia regnas, Chriſti gratia diſpenſas, ab illo tibi datus eſt gladius, non vt eo vtaris, ſed vt eo mineris, et tanquam depoſitum purum tradenti cuſtodias.* Hanc etiam Epiſcoporum dignitatẽ Leontius Tripolis Lydiæ, egregie fortis, & bonus Epiſcopus, quem omnes κανόνα τῆς ἐκκλησίας appellabant, non ſolum oratione, ſed conſilijs, & re ipſa ſuſtinuit. *Qui cum animo fuiſſet ingenuo aduerſus omnes, et quodam tempore concilio indicto, Euſebia Conſtantij vxor, vt ait Suidas, ſuperbia elata ab Epiſcopis adoraretur; ſolus eam adulationem aſpernatus, domi manſit. At illa irata, et animo inflamato, mittit ad eum expoſtulatum, pollicitationibus etiam hominem alliciens: ſe, eccleſiam illi maximam extructuram eſſe, et affatim pecuniæ præbituram, ſi ſe conueniret. Cui ille*

hoc

hoc modo reſpondit: iſtorum quidem ſi quid Imperatrix exequi volueris, non tam mihi te ſcito, quam animæ tuę gratum facturam. Si me verò ad te venire volueris, debita Epiſcopis reuerentia conſeruata, vt ego quidem ingrediar, tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſupponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu verecundè aſtes: cum iuſſero, ſigno dato, ſeſſura: ſi hæ inquam tibi conditiones placuerint, veniam ad te. Sin alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore Epiſcopis conueniente neglecto, diuinum Sacerdotij inſtitutum violemus. Quæ cum renuntiata eßent, exarſit iracundia mulier, non ferendum rata Leontij reſponſum: & vehementer commota, & multũ conqueſta, multumque muliebri bile & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumque ad ſupplicium de illo ſummendũ inſtigat. Is verò ingenuum Leontij animum magis laudat: placataque ira vxorem ingynæceum ablegat.

Quoquidem exemplo, vetuſtiſſima illa Epiſcopalis dignitatis facies adumbratur, illorumque temporum forma exprimitur, quæ in excipiendo ornandoque Epiſcopo ſeruabatur. Primum enim conſtat ſurrexiſſe reges, atque è gradu ſublimique ſella deſcendiſſe, obuiam Epiſcopis proceſſuros: demiſſo item capite, inclinatisque ceruicibus benedictionem depræcatos, poſtremo Pontifices tanquam maiorum

gentium magiſtratus ad primum ſeſſeſum & locum admiſſos. Quod Saporem Perſarum regem ſuperioribus capitibus feciſſe narrauimus, ſubmiſſoq́ capite è ſella regia ſurrexiſſe; vt S. Epiphanium domi ornatiſſimè exciperet. Fecit id quoque Simeon Bulgariæ rex, cum a Patriarcha Conſtantinopolitano benedictioné poſtularet, vt Zonaras, tom. 3. in vita Conſtantini Leonis filij, eſt auctor his verbis. καὶ τῷ πατριάρχῃ κλίνας τὴν κεφαλὴν, ηὐλογήθη παρ᾽ ἐκείνου. id eſt, *a Patriarcha ſubmiſſo capite, fauſtam precationem accepit.*. Imperatori Mauritio S. Theodorus Sicceorũ Archimandrita benedictionem contulit. Eudoxa Auguſta a Longis fratribus viris moribus & doctrina clariſſimis, dum imperiali curru veheretur, capite innuens benedictioné deprecatur, ideſt, vt illi bono omine bene feliciterq́; omnia & exorarent, & conferrent. Nam εὐλογεῖτε, non tam felicia & fauſta diuino auxilio deprecari ſignificat, quàm felicia & bona conferre: Etenim dum homines Deum benedicunt, illum laudant, illi verba offerũt, quæ Deũ ipſum fortunare & feliciorẽ reddere non poſſunt; Deus vero cũ nos benedicit, vel ſacerdotes Dei nomine benedicũnt, verba facto confirmant, & ſua benedictione omnis generis copiam ſuppeditant. Hæc verò benedictio quá ab epiſcopis populi capiũt εὐχὴ ſiue εὐλογία, dicitur; cum nihil aliud ſit benedicere, quàm ſuprema numinis virtute, quæ omnibus omnia bona largitur, bene precari,

cari, bene velle, & illius poteſtate & inuocatione muniri. Quod Theodoritus in catena græca pſalmorum, & Theodorus Hæraclienſis ad finem pſalmi 5. docuerunt his verbis. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos: id eſt, benedictionis tuæ numine protexiſti; nam εὐδοκία, ſiue bona voluntas Dei, eius benedictio eſt, iuxta illud pſalmi; Benedixiſti Domine terram tuam, id eſt, bene voluiſti terræ, fructibus eam locupletaſti, & vberiorem tua virtute reddidiſti, & alibi: Benefac Domine in bona volũtate tua Sion, εὐδοκίᾳ, id eſt, fortunare ciuitatem Sion, vberem & locupletẽ redde, tuæ benedictionis effectu; & Paulus ad Epheſios.* 1. *benedictionem ſpiritualem, qua pater nos benedixit in cæleſtibus in regnis, propoſitũ voluntatis ſuæ, ideſt, εὐδοκίαν, beneplacitum & benedictionem appellauit; in quo quidem beneplacito, ut ait Dauid exaltabitur cornu noſtrum, cum beneplacitum ſit Domino in populo ſuo, εὐδοκεῖν id eſt, benedicere & bene velle populo ſuo, ut manſuetos extollat, eoſque omni gratia & benignitate fortunet. Hanc bonam uoluntatẽ ſiue εὐδοκίαν & benedictionem annuntiabant Angeli, dum Chriſtus naſceretur, quia ideo Chriſtus uenerat in hunc mundum, ut pacem & benedictionem adferret, ut populos ſua benedictione & gratiarum ubertate locupletaret.*

S. Iſidorus libro 1. de officijs capit. 17, ex antiqua veteris legis conſuetudine, ſub ſacramento trinæ inuocationis, à noſtris ſacerdotibus benedictionis formã acceptã fuiſſe teſtatur,

qua prçcatur Epiſcopus ſuper populum, vt recte & pie viuendo Domino placeant, vt per ſpiritum eius ſecundum diuitias gloriæ ſuæ in interiori homine muniantur, vt totius Trinitatis virtute in fide & charitate permaneant: vt aduocatus Spiritus ſanctus libens à Patre deſcendat, & in mundatis mentibus & benedictis corporibus conquieſcat. Quod S. Auguſtinus tom. 2. epiſt. 90. affirmauit his verbis; *Contra dicitur etiam iſtorum contentione benedictionibus noſtris, vt in caſſum ſuper populum dicere videamur, quicquid eis à Domino præcamur, vt recte ac pie viuendo illi placeant: & illa quæ pro fidelibus prçcatur Apoſtolus dicens. Flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtute corroborari per ſpiritum eius. Si ergo voluerimus benedicendo ſuper populum dicere, da illis Domine virtutem corroborari per ſpirirum tuum: iſtorum nobis diſputatio contradicit.* & tom. 2. epiſt. 19. ad Paulinum. *Antiſtites dum populo benedicunt, aduocati populorum ſunt, quia eos miſericordiſſimæ offerunt poteſtati.*

Hanc vero benedictionem græci ſæpe ἐπίχλυσιν, ideſt, inuocationem nominant, quæ ſine crucis ſigno non præmitebatur; vt Chryſoſtomus in 1. ad Timot. 4. & homil. 55 in Matthæum, & homil. quod Chriſtus ſit Deus, & Auguſt. lib. 2. de peccatum meritis & remiſſ. cap. 26. &

26. & ſermone 181. & tract. in Ioannem 118. Cyrillus Hieroſol. Cate. 13. alijque auctores ſexcentis in locis docuerunt.

Præterea epiſcopi digitorum quadam diſpoſitione ac geſtu compoſiti, non ſolum ſe verba facere velle ad populum ſignificabant, ſed etiã eidem benedictionem dare. Nam pollice, medico, & auriculari depreſis, ac duobus indice & medio erectis, ſilentium indicebant; & eodem corporis geſtu benedictionem dabant. Sic Apoſtolus Paulus cum audientiam ſibi fieri voluiſſet, manu ad plebem annuit: quo ſigno Acto. 21. fuit ſilentium conſequutus. κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης προσεφώνει, ideſt, *manu annuit populo, & magno ſilentio facto, allocutus eſt.* ſic Alexander Act. 19. κατασείσας τὴν χεῖρα, ideſt, *manu ſilentium poſtulauit*, vt populo redderet rationem. Fulgentius placiades. *Itaque compoſitus in dicendi modum, erectis in iotam duobus digitis, tertium pollice comprimens, ita verba exorſus eſt.* Quam etiã in dicendo conſuetudinem Victorinus in commentarijs ad Herennium, & Apuleius in Aſino retulerunt.

Ergo epiſcopi eo geſtu compoſiti, in eminẽtiori loco ſedentes, vel orationem habebant ad populum, vel eidem benedictionem præmittebant; vt copioſe Nicolaus epiſcopus Neapoleos diſſeruit; cuius verba ex Nomimo græco manuſcripto Matthæi Blaſtaris, huc latine trãſtuli, eius vero diſputationis titulus hic eſt.

De nomine Ieſu quod in Epi corpore exprimitur & imagine quadã manu formatur, cũ ipſe populo benedicat, & duabus manibus ſuper populũ fauſta oratione deprecetur. Superius dictũ eſt Epiſcopũ eſſe theoforum, ideſt, virum diuinum, & ſuper terram in throno Dei cõſediſſe, quod planè manifeſtũ eſt, cum humana atque diuina munia, Chriſti auctoritate functus gerat; decuit igitur illum diuino Ieſu Chriſti nomine muniri, & eiuſdem viuam & expreſſam imaginem deferre. Huius verò rei audi demonſtrationem quam ſapientiſſimus vir Nicolaus Epiſcopus Neapoleos diſſeruit his verbis. Secundus digitus dextræ manus, & tertius ſecundo iunctus, recti protenduntur; licet tertius leuiter paululum in medio flectatur: quę manus diſpoſitio efficaciter denotat, & quaſi imagine quadam exprimit, nomen Ieſu. Etenim ſecundus digitus dum rectus extenditur. I. literam denotat, tertius paululum inflexus elementum. C. deſcribit, quæ literę mutuo connexæ. I C. Ieſum ſignificant. Præterea pollex quarto iunctus, & ei paululum oblico atque tranſuerſo ſuperimpoſitus, literam X. format, quintus tandem conuexus. C. figurat: Ergo ſi primus reſidens ſuper quartum, elementũ X. exprimit, & quintus paululum flexus. C manifeſtum erit tribus digitis. X C. figurari, & in epiſcopi manu nomen Ieſu Chriſti deſcribi: vt quemadmodum ille Apoſtolis gratiam & benedictionem contulit, ſic & epiſcopus benedictionem nomine Chriſti munitus infundat; & ſicut ille in cęlum ſubuectus, vt S. Germanus Conſtantinopolitanus,

tanus, eſt auctor, benedixit diſcipulis duabus ſuis ſanctiſſimis manibus, vt teſtatur ſacroſanctũ Euãgelium Lucæ, & eleuatis manibus benedixit eis, ſic & epiſcopus vel primas benedicit populũ duabus manibus; dextra ſcilicet & leua, Chriſti Domini & magni ſacerdotis typum gerens, qui hoc modo diſcipulis benedictionem conferebat. Hæc in Nomimo, cuius libri copiam fecit, Dionyſius Stongilus Archiepiſcopus Epheſinus.

Sed hic quidẽ manuũ ſitus in benedicendo populum, hodie a græcis omnibus ita diſponitur; quemadmodũ etiã ex veteribus patruũ picturis adumbratur; apud latinos tamen tota extẽſa manu benedictio tribuitur, fortaſſe ex ſcripturæ loco: *aperis manum tuã & imples omne animal benedictione*. Nunquã tamen fuit apud noſtros auditum, vt quiſquam crucem ſiniſtra manu formaret; quod ex Iuſtino vetuſtiſſimo ac ſanctiſſimo auctore demonſtrari poteſt; cũ de orandi modo *quaſt.* 118. ageret his verbis: *Noſtrorum quęque honorabiliſſima ad Dei honorem ſeponimus, & eſt hominum opinione ſolis ortus honorabilior quam aliæ partes mundi, propterea tempore precum illuc ſpectamus: quemadmodum etiam dextera manu in nomine Chriſti conſignamus eos qui hoc ſigno egent, quia honorabilior exiſtimatur quam ſiniſtra; tametſi ſitu non natura, ab ea differat.* hæc Iuſtinus. Locus verò vbi olim Epiſcopi populũ alloquebantur, eiq; benedicebant, ſalutatoriũ, ſiue vt ait Gloſſariũ vetuſtiſſimũ, ἀσπαστικόν, dicebatur, quia ex

eminentiori tribunali, vt vniuerſæ plebis pro honoris dignitate conſpicui fierent, populum ſalutabant, ideſt, ſalutem ac benedictionē præcabantur. Salutare enim plerunque benedicere eſt, in Concil. 2. Hiſpalenſi can. 7. Paulus diaconus lib. 13. hiſtoriæ Miſcellæ de ſalutatorio hæc narrat. *Cum Theodoſius ad ſacra limina perueniſſet, in ſanctam quidem baſilicam non præſumpſit intrare, ſed veniens ad Antiſtitem, & inueniens eum in ſalutatorio reſidentem, ſupplicabat vt eius vincula reſolueret.* Arbitror Vranium in vita S. Paulini Epiſcopi Nolani, quæ extat apud Surium tom. 3. de hoc loco ſenſiſſe, dum ait. *Sabbato autem, ſecunda hora diei lætus ad Eccleſiam proceſſit, & aſcenſo tribunali ex more populum ſalutauit, reſalutatuſque a populo orationem dedit, & collecta oratione ſpiritũ exalauit.* Prudentius hymno 11. quem de Hippolito cecinit, pulpitum, vt loquitur S. Cyprianus lib. 1. epiſt. 34. ex quo oratio habebatur ad populum, tribunal appellauit.

Fronte ſub aduerſa, gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Antiſtes prædicat vnde Deum.

Sed vt obiter moneam olim presbyteri præcandi benedicendiq; forma vti poterant per agros & domos priuatas, vt ait Burchardus lib. 2. cap. 8. ſi fortaſſe ſacra celebrarent: vt de Hilarione Abbate refert Aimonius lib. 2. cap. 10. publicè tamen vel in maiori totius populi frequentia, vel Epiſcopo præſente, non poterant. Quod plane Damaſus in decretis omnib. pre-

sbyteris

ſbyteris prohibuit, præſertim ſi coram Epiſco-po ſacris operentur: S. Leo Papa, & Gelaſius idem ſuis decretis confirmarunt, de qua re Micrologus cap. 21. & Amalarius lib. 3. cap. 56. & 57. de eccleſiaſticis officijs.

Cæterũ in omnib⁹ eccleſijs in vſu fuiſſe librũ benedictionalẽ, qui multas ad populũ benedictiones pro tẽporũ varietate cõtinebat, ex ordine Romano de officio miſſæ, aperte cõſtat. Dari vero benedictionem epiſcopalem antequam populus euchariſtiæ ſacramentum acciperet, Concil. 4. Tolet. Can. 17. conſtituit, & idem ordo Romanus confirmauit, his verbis. *Statim epiſcopo dicente per omnia ſæcula ſæculorũ, Diaconus accipiat benedictionalem librum & cõuerſus ad populum dicat, humiliate vos ad benedictionem, & clero reſpondente, Deo gratias, porrigat epiſcopo librum; expleta benedictione veniens presbyter accipiat pacem ab epiſcopo*. Huius libri fragmentum non exiguum manuſcriptum, vt Gothorum tempore in eccleſijs Hiſpaniæ in vſu erat, vidi multis in partibus laceratum, in eccleſia Segobricenſi vbi ego canonicum egi; ſed quia nondum veteres illas in benedicendo formas animaduerteram, tamquã nullius momenti & vſus imprudens neglexi.

Quare vt è diuerticulo redeam, cum tanta ſit ſacerdotum dignitas, vt Imperatores & Reges illis capita ſua ſponte ſubmittant, merito inter noſtros & veteris legis ſacerdotes latiſſimum eſt diſcrimen, cũ illi (teſte Philone li. 3. devita

de vita Moyſi, & libro deprofugis) Regibus Iſrael parerent, è contra noſtri omni temporali poteſtati præſcribant. Quod planè ex Ambroſio epiſtola 28. lib. 5. aperte conſtat, Theodoſium publicam pænitentia megiſſe, depoſitaq; purpura omniq; regio ornatu, in pauiméto iacuiſſe, & extra cancellos cum populo, ex epiſcopali decreto, expectare compulſum. Innocentius. I. Romanus pontifex, vt ex eius epiſtola minarum & terroris plena conſpicitur apud Nicephorum, lib. 13. cap. 34. Archadium Imperatorem à ſacra communione ſubmouit. Fabianus Antiſtes Romanus, vt ait Nicephorus lib. 5. cap. 25. Philippum Imperatorem ad Chriſti fidem accedentem, Anno 247. primũ pænitentium numero aggregauit, deinde in conuentum fidelium introduxit. Præterea Maximus Imperator excommunicatus eſt ab Ambroſio, cũ Gratianũ ab imperio expuliſſet, vt ait Sigebertus Anno 390. Anaſtaſius Imperator à Symmacho excõmunicatus eſt, vt ex Apologia eiuſdem Pontificis, quę vnà cũ Chromatio circumfertur, aperte conſtat.

Nicolaus primus Lotharium & Michaelem Imperatores, chriſtianorũ cõmunione priuauit, vt ait Phriſingenſis lib. 6. cap. 3. tantamq; eo tẽpore eccleſia auctoritatẽ obtinuit, vt etiã de regibus iudicaret. Hinc Greg. VII. regem Henrricum excommunicauit, anno 1066. Rodulphũ ſubſtituit. Baſilius Macedonius, à Photio patriarcha, Leo Philoſophus Imperator, à

Nicolao, Ioannes, Ziſmica, à Polyeto excõmuni cati, vt ait Zonaras Eccleſiæ monitis paruerũt. Nec deſunt alia religionis & probitatis exẽpla. Nam Sueno Rex Daciæ, vt ait Saxo Hiſtoricus lib. 2. cum multos in templo Trinitatis, miſſis primum ſicarijs, interficere imperaſſet, ab eius loci epiſcopo nõ ſolũ ſacris ſummotus, ſed etiã aculeo, ſiue cõto paſtorali, pectori Regis infixo, aditu tẽpli prohibetur; donec Rex ſordida indutus veſte, nudis pedibus, terrã ſuppliciter oſculatus, miſericordiã exoraret. Sanctus Methodius, fugiens Suatocopij filium Regẽ Morauię, eũ extra eccleſiã fecit, ſacris regnoq; interdixit. *Quamobrem & regnum in eo extinctũ eſt, & eius imperium* (vt ait Æneas Syluius in hiſtoria Bohemiæ, cap. 13.) *à Polonis & Hungaris direptũ.* Sed in tabulis capituli Valentini, quæ ibi magna diligentia aſſeruantur, Martini regis Aragonũ, publicã pænitentiam me legiſſe memini. Qui cũ immunitatẽ templi violaſſet, ab Vgone cognomẽto Bagenſi, ſanctiſſimo epiſcopo Valẽtino, diris deuotus eſt: à quo tametſi Rex veniã depræcaretur, numquã tñ eã Epiſcopus dedit donec ille pænitẽtiũ more ſatisfecerit; & lugubri habitu Epiſcopi animũ cõmotum inflexerit.

Illud tandẽ demonſtrandum eſt, venerationis cauſa, oſcula manibus epiſcoporum fuiſſe impreſſa. Quem ritum Paulinus, in vita Ambroſij, his verbis retulit: *Ambroſius, cũ videret ſacerdotibus a domeſtica matre vel ſorore, manus exoſculari, ipſe ludens offerebat dextram dicẽs, &*

fil i

ſterijs initiatus, reportatur ad palatium, à die illa, et deinceps timendus, pariter et amandus. Felix autem ſi gladium regni cum gladio iungat ſacerdotij, ut & gladius ſacerdotis mitiget gladium Regis, & gladius Regis gladium acuat Sacerdotis. Iſti ſunt duo gladij, de quibus in Domini paſſione legitur: Ecce gladii duo hic: et reſpondetur à Domino, ſufficit, tunc enim regnum prouehitur, ſacerdotium dilatatur, honoratur utrunque, cùm Domino prætaxata fælici conſederatione iunguntur.

CAP. XVI.

Epiſcopis ſuo iure conuenire, vt omnes homines eis capita ſubmittant, & ſacras manus oſculentur.

SED vt iam ad angulos noſtræ diſputationis accedamus, ex his ſatis ſuperq; patere poterit, olim Epiſcoporum pedibus oſcula quandoque infixa fuiſſe; ſtudij, humilitatis, miraculorum, vel pœnitentiæ cauſa. Hoc enim inter pœnitendum obſeruatum fuiſſe, ſuperioribus capitibus demonſtrauimus. At vero ſuo iure illud ſolū ſibi vendicare poſſunt, vt ipſis tam infimi quique, quam etiam Reges ac Principes ca-

capita ſubmittant, vel ſacras oſculentur manus. Quod ex varijs conſtitutionibus, & Patrum teſtimonijs confirmari poteſt. Valentinianus Imperator, cum de Epiſcopi cuiuſdam electione ageretur, ita ad ſacerdotes Dei verba habuit. *Talem in Pontificali conſtituite ſede, cui, & nos, qui gubernamus Imperium, ſyncere capita ſubmittamus, & eius monita dum tanquam homines deliquerimus, neceſſario veluti curantis medicamenta ſuſcipiamus.* Idem prorſus obſeruauit Conſtantinus magnus in Concilio Nicæno, qui ad Epiſcoporum conuentum accedens, vt ait Nicephorus lib.8.cap.16. ſubmiſſiori, quam tanta amplitudo Imperatoris ferret, throno parato, non prius ſibi conſidendum putauit, quã id ab Epiſcopis permitteretur; & tandem admonitus, reuerentia eis exhibita, conſedit, & cum eo ſacer ille chorus. Auguſtinus epiſt.147. ad Proculeianum Donatiſtam ita habet. *Homines quidem cauſas ſæculares apud nos finire cupientes quando eis neceſſarij fuerimus, ſic non ſanctos, et Dei ſeruos appellant, vt negotia terræ ſuæ peragant, à quibus quotidie ſubmiſſo capite ſalutamur, vt diſſenſiones hominum terminemus; qui capita nobis ſubmittunt. vt eos concordes in terra faciamus.* Sanctus Clemens Papa, apud Burchardum li.1. cap.124. ita conſtituit. *Omnes Principes terræ, et cuncti homines Epiſcopis obedire, et capita ſua ſubmittere, eorumque auditores exiſtere debent.* Felix, & Ioannes Papæ Epiſcopis caput ſubdere, & colla ſubmittere Principes ſolitos eſſe, & non

de eorum capitibus iudicare, demonſtrarunt. Quod quam ſit rationi conſentaneum, egregie docuit Clemens Romanus lib. 2. conſtitutionũ Apoſtolicarum cap. 11. 17. 29. & 30. vbi confirmat; Epiſcopos Regibus, & Principibus ſuperiores euaſiſſe. Gregorius Nazianzenus Oratione ad ſubditos timore percŭlſos idem cẽſet his verbis: *Lex Chriſti Imperatores meæ ſubiecit poteſtati, meoq; tribunali ſubmiſit: Imperamus enim, vt ipſi. Addo imperio maiori, et perfectiori. Aut oportet potius, vt ſpiritus ſubſit carni, cæleſtiaq; terreſtribus? Suſcipe vocem liberiorem. Scio te, ò Imperator, ouem eſſe mei gregis, paſtoris magni agnum; recteq; è ſuperis à ſpiritu directum. Et ideo breuis, et ſuccintus eſt ad te meus ſermo. Chriſti gratia regnas, Chriſti gratia diſpenſas, ab illo tibi datus eſt gladius, non vt eo vtaris, ſed vt eo mineris, et tanquam depoſitum purum tradenti cuſtodias.* Hanc etiam Epiſcoporum dignitatẽ Leontius Tripolis Lydiæ, egregie fortis, & bonus Epiſcopus, quem omnes κανόνα τῆς ἐκκλησίας appellabant, non ſolum oratione, ſed conſilijs, & re ipſa ſuſtinuit. *Qui cum animo fuiſſet ingenuo aduerſus omnes, et quodam tempore concilio indicto, Euſebia Conſtantij vxor, vt ait Suidas, ſuperbia elata ab Epiſcopis adoraretur; ſolus eam adulationem aſpernatus, domi manſit. At illa irata, et animo inflamato, mittit ad eum expoſtulatum, pollicitationibus etiam hominem alliciens: ſe, eccleſiam illi maximam extructuram eſſe, et affatim pecuniæ præbituram, ſi ſe conueniret. Cui ille*

hoc

hoc modo reſpondit: iſtorum quidem ſi quid Imperatrix exequi volueris, non tam mihi te ſcito, quam animæ tuę gratum facturam. Si me verò ad te venire volueris, debita Epiſcopis reuerentia conſeruata, vt ego quidem ingrediar, tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſupponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu verecundè aſtes: cum iuſſero, ſigno dato, ſeſſura: ſi hæc inquam tibi conditiones placuerint, veniam ad te. Sin alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore Epiſcopis conueniente neglecto, diuinum Sacerdotij inſtitutum violemus. Quæ cum renuntiata eſſent, exarſit iracundia mulier, non ferendum rata Leontij reſponſum: & vehementer commota, & multũ conqueſta, multumque muliebri bile & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumque ad ſupplicium de illo ſummendũ inſtigat. Is verò ingenuum Leontij animum magis laudat: placataque ira vxorem ingynæceum ablegat.

Quoquidem exemplo, vetuſtiſſima illa Epiſcopalis dignitatis facies adumbratur, illorumque temporum forma exprimitur, quæ in excipiendo ornandoque Epiſcopo ſeruabatur. Primum enim conſtat ſurrexiſſe reges, atque è gradu ſublimique ſella deſcendiſſe, obuiam Epiſcopis proceſſuros: demiſſo item capite, inclinatisque ceruicibus benedictionem depræcatos, poſtremo Pontifices tanquam maiorum

gentium magiſtratus ad primum ſeſſeſum & locum admiſſos. Quod Saporem Perſarum regem ſuperioribus capitibus feciſſe narrauimus, ſubmiſſoq; capite è ſella regia ſurrexiſſe; vt S. Epiphanium domi ornatiſſimè exciperet. Fecit id quoque Simeon Bulgariæ rex, cum a Patriarcha Conſtantinopolitano benedictionē poſtularet, vt Zonaras, tom. 3. in vita Conſtantini Leonis filij, eſt auctor his verbis. *καὶ τῷ πατριάρχῃ κλίνας τὴν κεφαλὴν, ηὐλογήθη παρ' ἐκείνου.* id eſt, *a Patriarcha ſubmiſſo capite, fauſtam precationem accepit.* . Imperatori Mauritio S. Theodorus Sicceorũ Archimandrita benedictionem contulit. Eudoxa Auguſta a Longis fratribus viris moribus & doctrina clariſſimis, dum imperiali curru veheretur, capite innuens benedictionē deprçcatur, ideſt, vt illi bono omine bene feliciterq; omnia & exorarent, & conferrent. Nam *εὐλογεῖτε,* non tam felicia & fauſta diuino auxilio deprecari ſignificat, quàm felicia & bona conferre: Etenim dum homines Deum benedicunt, illum laudant, illi verba offerũt, quæ Deũ ipſum fortunare & feliciorē reddere non poſſunt; Deus vero cũ nos benedicit, vel ſacerdotes Dei nomine benedicunt, verba facto confirmant, & ſua benedictione omnis generis copiam ſuppeditant. Hæc verò benedictio quã ab epiſcopis populi capiũt *εὐχὴ* ſiue *εὐλογία,* dicitur; cum nihil aliud ſit benedicere, quàm ſuprema numinis virtute, quæ omnibus omnia bona largitur, bene pre-

cari, bene velle, & illius poteſtate & inuocatione muniri. Quod Theodoritus in catena græca pſalmorum, & Theodorus Hæraclienſis ad finem pſalmi 5. docuerunt his verbis. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos: id eſt, benedictionis tuæ numine protexiſti; nam εὐδοκία, ſiue bona voluntas Dei, eius benedictio eſt, iuxta illud pſalmi; Benedixiſti Domine terram tuam, id eſt, bene voluiſti terræ, fructibus eam locupletaſti, & vberiorem tua virtute reddidiſti, & alibi: Benefac Domine in bona volũtate tua Sion, εὐδοκία, id eſt, fortunare ciuitatem Sion, vberem & locupletẽ redde, tuæ benedictionis effectu; & Paulus ad Epheſios. 1. benedictionem ſpiritualem, qua pater nos benedixit in cæleſtibus in regnis, propoſitũ voluntatis ſuæ, ideſt, εὐδοκίαν, beneplacitum & benedictionem appellauit; in quo quidem beneplacito, ut ait Dauid exaltabitur cornu noſtrum, cum beneplacitum ſit Domino in populo ſuo, εὐδοκεῖν id eſt, benedicere & bene velle populo ſuo, ut manſuetos extollat, eoſque omni gratia & benignitate fortunet. Hanc bonam uoluntatẽ ſiue εὐδοκίαν & benedictionem annuntiabant Angeli, dum Chriſtus naſceretur, quia ideo Chriſtus uenerat in hunc mundum, ut pacem & benedictionem adferret, ut populos ſua benedictione & gratiarum ubertate locupletaret.*

S. Iſidorus libro 1. de officijs capit. 17, ex antiqua veteris legis conſuetudine, ſub ſacramento trinæ inuocationis, à noſtris ſacerdotibus benedictionis formã acceptã fuiſſe teſtatur,

qua prçcatur Epiſcopus ſuper populum, vt recte & pie viuendo Domino placeant, vt per ſpiritum eius ſecundum diuitias gloriæ ſuæ in interiori homine muniantur, vt totius Trinitatis virtute in fide & charitate permaneant: vt aduocatus Spiritus ſanctus libens à Patre deſcendat, & in mundatis mentibus & benedictis corporibus conquieſcat. Quod S. Auguſtinus tom. 2. epiſt. 90. affirmauit his verbis; *Contra dicitur etiam iſtorum contentione benedictionibus noſtris, vt in caſſum ſuper populum dicere videamur, quicquid eis à Domino præcamur, vt recte ac pie viuendo illi placeant: & illa quæ pro fidelibus præçatur Apoſtolus dicens. Flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtute corroborari per ſpiritum eius. Si ergo voluerimus benedicendo ſuper populum dicere, da illis Domine virtutem corroborari per ſpirirum tuum: iſtorum nobis diſputatio contradicit.* & tom. 2. epiſt. 19. ad Paulinum. *Antiſtites dum populo benedicunt, aduocati populorum ſunt, quia eos miſericordiſſimæ offerunt poteſtati.*

Hanc vero benedictionem græci ſæpe ἐπίκλησιν, ideſt, inuocationem nominant, quæ ſine crucis ſigno non præmitebatur; vt Chryſoſtomus in 1. ad Timot. 4. & homil. 55 in Matthæum, & homil. quod Chriſtus ſit Deus, & Auguſt. lib. 2. de peccatum meritis & remiſſ. cap. 26. &

26. & ſermone 181. & tract. in Ioannem 118. Cyrillus Hieroſol. Cate. 13. alijque auctores ſexcentis in locis docuerunt.

Præterea epiſcopi digitorum quadam diſpoſitione ac geſtu compoſiti, non ſolum ſe verba facere velle ad populum ſignificabant, ſed etiã eidem benedictionem dare. Nam pollice, medico, & auriculari depreſis, ac duobus indice & medio erectis, ſilentium indicebant; & eodem corporis geſtu benedictionem dabant. Sic Apoſtolus Paulus cum audientiam ſibi fieri voluiſſet, manu ad plebem annuit: quo ſigno Acto. 21. fuit ſilentium conſequutus. κατεσείσε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ πολλῆς δέ σιγῆς γινομένης προσεφώνει, ideſt, *manu annuit populo, & magno ſilentio facto, allocutus eſt.* ſic Alexander Act. 19. κατασείσας τὴν χεῖρα, ideſt, *manu ſilentium poſtulauit*, vt populo redderet rationem. Fulgentius placiades. *Itaque compoſitus in dicendi modum, erectis in iotam duobus digitis, tertium pollice comprimens, ita verba exorſus eſt.* Quam etiã in dicendo conſuetudinem Victorinus in commentarijs ad Herennium, & Apuleius in Aſino retulerunt.

Ergo epiſcopi eo geſtu compoſiti, in eminẽtiori loco ſedentes, vel orationem habebant ad populum, vel eidem benedictionem præmittebant; vt copioſe Nicolaus epiſcopus Neapoleos diſſeruit; cuius verba ex Nomimo græco manuſcripto Matthæi Blaſtaris, huc latine trãſtuli, eius vero diſputationis titulus hic eſt,

De nomine Ieſu quod in Epi corpore exprimitur & imagine quadã manu formatur, cũ ipſe populo benedicat, & duabus manibus ſuper populũ fauſta oratione deprecetur. Superius dictũ eſt Epiſcopũ eſſe theoſorum, ideſt, virum diuinum, & ſuper terram in throno Dei cõſediſſe, quod planè manifeſtũ eſt, cum humana atque diuina munia, Chriſti auctoritate functus gerat; decuit igitur illum diuino Ieſu Chriſti nomine muniri, & eiuſdem viuam & expreſſam imaginem deferre. Huius verò rei audi demonſtrationem quam ſapientiſſimus vir Nicolaus Epiſcopus Neapoleos diſſeruit his verbis: Secundus digitus dextræ manus, & tertius ſecundo iunctus, recti protenduntur; licet tertius leuiter paululum in medio flectatur: quę manus diſpoſitio efficaciter denotat, & quaſi imagine quadam exprimit, nomen Ieſu. Etenim ſecundus digitus dum rectus extenditur. I. literam denotat, tertius paululum inflexus elementum. C. deſcribit, quæ literę mutuo connexæ. I C. Ieſum ſignificant. Præterea pollex quarto iunctus, & ei paululum oblico atque tranſuerſo ſuperimpoſitus, literam X. format, quintus tandem conuexus. C. figurat. Ergo ſi primus reſidens ſuper quartum, elementũ X. exprimit, & quintus paululum flexus. C manifeſtum erit tribus digitis. X C. figurari, & in epiſcopi manu nomen Ieſu Chriſti deſcribi: vt quemadmodum ille Apoſtolis gratiam & benedictionem contulit, ſic & epiſcopus benedictionem nomine Chriſti munitus infundat; & ſicut ille in cęlum ſubuectus, vt S. Germanus Conſtantinopolitanus,

tanus, eſt auctor, benedixit diſcipulis duabus ſuis ſanctiſſimis manibus, vt teſtatur ſacroſanctũ Euãgelium Lucæ, & eleuatis manibus benedixit eis, ſic & epiſcopus vel primas benedicit populũ duabus manibus, dextra ſcilicet & leua, Chriſti Domini & magni ſacerdotis typum gerens, qui hoc modo diſcipulis benedictionem conferebat. Hæc in Nomimo, cuius libri copiam fecit, Dionyſius Stongilus Archiepiſcopus Epheſinus.

Sed hic quidẽ manuũ ſitus in benedicendo populum, hodie a græcis omnibus ita diſponitur; quemadmodũ etiã ex veteribus patruũ picturis adumbratur; apud latinos tamen tota extẽſa manu benedictio tribuitur, fortaſſe ex ſcripturæ loco: *aperis manum tuã & imples omne animal benedictione.* Nunquã tamen fuit apud noſtros auditum, vt quiſquam crucem ſiniſtra manu formaret; quod ex Iuſtino vetuſtiſſimo ac ſanctiſſimo auctore demonſtrari poteſt; cũ de orandi modo *quæſt.* 118. ageret his verbis: *Noſtrorum quæque honorabiliſſima ad Dei honorem ſeponimus, & eſt hominum opinione ſolis ortus honorabilior quam aliæ partes mundi, propterea tempore precum illuc ſpectamus: quemadmodum etiam dextera manu in nomine Chriſti conſignamus eos qui hoc ſigno egent, quia honorabilior exiſtimatur quam ſiniſtra; tametſi ſitu non natura, ab ea differat.* hæc Iuſtinus. Locus verò vbi olim Epiſcopi populũ alloquebantur, eiq; benedicebant, ſalutatoriũ, ſiue vt ait Gloſſariũ vetuſtiſſimũ, *ἀσπαστικόν*, dicebatur, quia ex

eminentiori tribunali, vt vniuerſæ plebis pro honoris dignitate conſpicui fierent, populum ſalutabant, ideſt, ſalutem ac benedictionē præcabantur. Salutare enim plerunque benedicere eſt, in Concil. 2. Hiſpalenſi can. 7. Paulus diaconus lib. 13. hiſtoriæ Miſcellæ de ſalutatorio hæc narrat. *Cum Theodoſius ad ſacra limina perueniſſet, in ſanctam quidem baſilicam non præſumpſit intrare, ſed veniens ad Antiſtitem, & inueniens eum in ſalutdtorio reſidentem, ſupplicabat vt eius vincula reſolueret.* Arbitror Vranium in vita S. Paulini Epiſcopi Nolani, quæ extat apud Surium tom. 3. de hoc loco ſenſiſſe, dum ait. *Sabbato autem, ſecunda hora diei lætus ad Eccleſiam proceſſit, & aſcenſo tribunali ex more populum ſalutauit, reſalutatuſque a populo orationem dedit, & collecta oratione ſpiritū exalauit.* Prudentius hymno 11. quem de Hippolito cecinit, pulpitum, vt loquitur S. Cyprianus lib. 1. epiſt. 34. ex quo oratio habebatur ad populum, tribunal appellauit.

Fronte ſub aduerſa, gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Antiſtes prædicat vnde Deum.

Sed vt obiter moneam olim presbyteri præcandi benedicendiq; forma vti poterant per agros & domos priuatas, vt ait Burchardus lib. 2. cap. 8. ſi fortaſſe ſacra celebrarent: vt de Hilarione Abbate refert Aimonius lib. 2. cap. 10. publicè tamen vel in maiori totius populi frequentia, vel Epiſcopo præſente, non poterant. Quod plane Damaſus in decretis omnib. pre-

sbyteris

ſbyteris prohibuit, præſertim ſi coram Epiſcopo ſacris operentur: S. Leo Papa, & Gelaſius idem ſuis decretis confirmarunt, de qua re Micrologus cap. 21. & Amalarius lib. 3. cap. 56. & 57. de eccleſiaſticis officijs.

Cæterũ in omnib' eccleſijs in vſu fuiſſe librũ benedictionalẽ, qui multas ad populũ benedictiones pro tẽporũ varietate cõtinebat, ex ordine Romano de officio miſſæ, aperte cõſtat. Dari vero benedictionem epiſcopalem antequam populus euchariſtiæ ſacramentum acciperet, Concil. 4. Tolet. Can. 17. conſtituit, & idem ordo Romanus confirmauit, his verbis. *Statim epiſcopo dicente per omnia ſæcula ſæculorũ, Diaconus accipiat benedictionalem librum & cõuerſus ad populum dicat, humiliate vos ad benedictionem, & clero reſpondente, Deo gratias, porrigat epiſcopo librum; expleta benedictione veniens presbyter accipiat pacem ab epiſcopo.* Huius libri fragmentum non exiguum manuſcriptum, vt Gothorum tempore in eccleſijs Hiſpaniæ in vſu erat, vidi multis in partibus laceratum, in eccleſia Segobricenſi vbi ego canonicum egi; ſed quia nondum veteres illas in benedicendo formas animaduerteram, tamquã nullius momenti & vſus imprudens neglexi.

Quare vt è diuerticulo redeam, cum tanta ſit ſacerdotum dignitas, vt Imperatores & Reges illis capita ſua ſponte ſubmittant, merito inter noſtros & veteris legis ſacerdotes latiſſimum eſt diſcrimen, cũ illi (teſte Philone li. 3.

devita

de vita Moyſi, & libro deprofugis) Regibus Iſrael parerent, è contra noſtri omni temporali poteſtati præſcribant. Quod planè ex Ambroſio epiſtola 28. lib. 5. aperte conſtat, Theodoſium publicam pænitentia megiſſe, depoſitaq; purpura omniq; regio ornatu, in pauimẽto iacuiſſe, & extra cancellos cum populo, ex epiſcopali decreto, expectare compulſum. Innocentius. I. Romanus pontifex, vt ex eius epiſtola minarum & terroris plena conſpicitur apud Nicephorum, lib. 13. cap. 34. Archadium Imperatorem à ſacra communione ſubmouit. Fabianus Antiſtes Romanus, vt ait Nicephorus lib. 5. cap. 25. Philippum Imperatorem ad Chriſti fidem accedentem, Anno 247. primũ pænitentium numero aggregauit, deinde in conuentum fidelium introduxit. Præterea Maximus Imperator excommunicatus eſt ab Ambroſio, cũ Gratianũ ab imperio expuliſſet, vt ait Sigebertus Anno 390. Anaſtaſius Imperator à Symmacho excõmunicatus eſt, vt ex Apologia eiuſdem Pontificis, quę vnà cũ Chromatio circumfertur, aperte conſtat.

Nicolaus primus Lotharium & Michaelem Imperatores, chriſtianorũ cõmunione priuauit, vt ait Phriſingenſis lib. 6. cap. 3. tantamq; eo tẽpore eccleſia auctoritatẽ obtinuit, vt etiã de regibus iudicaret. Hinc Greg. VII. regem Henrricum excommunicauit, anno 1066. Rodulphũ ſubſtituit. Baſilius Macedonius, à Photio patriarcha, Leo Philoſophus Imperator, à

Nicolao,

Nicolao, Ioannes, Ziſmica, à Polyeto excõmuni cati, vt ait Zonaras Eccleſiæ monitis paruerũt. Nec deſunt alia religionis & probitatis exẽpla, Nam Sueno Rex Datiæ, vt ait Saxo Hiſtoricus lib.2. cum multos in templo Trinitatis, miſſis primum ſicarijs, interficere imperaſſet, ab eius loci epiſcopo nõ ſolũ ſacris ſummotus, ſed etiã aculeo, ſiue cõto paſtorali, pectori Regis infixo, aditu tẽpli prohibetur; donec Rex ſordida indutus veſte, nudis pedibus, terrã ſuppliciter oſculatus, miſericordiã exoraret. Sanctus Methodius, fugiens Suatocopij filium Regẽ Morauię, eũ extra eccleſiã fecit, ſacris regnoq; interdixit. *Quamobrem & regnum in eo extinctũ eſt, & eius imperium* (vt ait Æneas Syluius in hiſtoria Bohemiæ, cap. 13.) *à Polonis & Hungaris direptũ.* Sed in tabulis capituli Valentini, quæ ibi magna diligentia aſſeruantur, Martini regis Aragonũ, publicã pænitentiam me legiſſe memini. Qui cũ immunitatẽ templi violaſſet, ab Vgone cognomẽto Bagenſi, ſanctiſſimo epiſcopo Valẽtino, diris deuotus eſt: à quo tametſi Rex veniã depræcaretur, numquã tñ eã Epiſcopus dedit donec ille pænitẽtiũ more ſatisfecerit; & lugubri habitu Epiſcopi animũ cõmotum inflexerit.

Illud tandẽ demonſtrandum eſt, venerationis cauſa, oſcula manibus epiſcoporum fuiſſe impreſſa. Quem ritum Paulinus, in vita Ambroſij, his verbis retulit: *Ambroſius, cũ videret ſacerdotibus a domeſtica matre vel ſorore, manus exoſculari, ipſe ludens offerebat dextram dicẽs, &*

fil i

ſibi ab eis fieri oportere, ſi quidem epiſcopum ſe futurum eſſe memoraret. Loquebatur enim in illo ſpiritus ſanctus, qui illum ad ſacerdotium nutriebat. Et paulo poſt: *Igitur poſt annos aliquot ordinationis ſuæ ad vrbem Romam, hoc eſt ad proprium ſolum perrexit, ibique ſanctam puellam, de qua ſupra memorauimus, cui manum offerre ſolitus erat, in domo propria cum germana, ſicuti reliquerat inuenit, iam matre defuncta. Atq; cum illa dexteram illius oſcularetur, ſubridens, ait: ecce, vt dicebam tibi, ſacerdotis manum oſcularis.* Ad hæc Gainas immaniſſimus ſcytha, qui ex gregario milite, breui dux Romanorum factus, equeſtribus pedeſtribusq; præfuit copijs; Chryſoſtomum, quem Archadius oratorē miſſerat, veneratus eſt. Cui longius, honoris ergo obuiam progreſſus, eius dextram primum oculis, deinde ori admouit: tum etiam (vt apud Euſebium ſcholaſticū Troili diſcipulū legimus) liberos ſuos adductos, ſacris Chryſoſtomi genibus applicuit. Sed præter hæc exempla, idē apertiſſimo teſtimonio confirmat Ambroſius, libro de dignitate ſacerdotum, cap. 2. *Honor, ait, fratres, & ſublimitas epiſcopalis, nullis poteſt comparationibus adæquari. Si regum fulgoribus compares, & principum diademati, longe erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas Regum colla, & Principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & oſculatis eorum dextris, eorum orationibus credant ſe communiri.* Chryſoſtomus homil. in dictum

96. diſt. c. 10.

ctum Pauli; *ſalutate priſcam & Aquilam*, vbi multa de honorandis ſacerdotibus docuit, *hypocritarum*, ait, *opus eſt publicè, & omnibus vi dentibus manus ſacerdotum oſculari, genua tangere, ſupplicare vt pro ſe orent, baptizandos ad illorum ianuas deducere, clam vero tantorum bonorũ auctoribus detrahere, & illos probris aſpergere.* Sidonius Apollinaris. li. 8. ad Lampridiũ.

Perge ad limina mox epiſcoporum
Sancti & Gallicini manu oſculata,
Tecti poſce breuis vacationem.

Qua de re merito in Chriſti eccleſia hæc cõſuetudo ſeruatur, vt diaconus inter miſſarum ſolemnia, manus epiſcopo exoſculetur, vt ait Innocentius Tertius lib. 2. miſteriorum miſſæ cap. 30. Quod planè maxime rationi fuit congruum, vt eas corporis partes veneremur, vnde vberrimi ſpiritus ſancti fontes effluxerunt: cum ex manuum impoſitione, quam Græci χειροτονίαν, appellant, initientur, & conſecren tur homines, vt idonei ad ſacrificandum, & ad myſteria ſacra apti reddantur. vnde Paulus, tãetſi non ab hominibus, neque per homines ſe aſcitum & vocatum ad euangelij prędicationẽ referat, tamen ab Apoſtolis, Actorum 13. ini tiatus, & ordinatus eſt, vt cum authoritate, teſte Theophilacto, & poteſtate prędicaret.

CAP.

Imperatores tam Græcos, quam Latinos, Oſcula ſolius Pontificis pedibus impreßiſſe.

Cap. XVII.

QVamobrem cum venerationis cauſa, omnes oſculis in epiſcoporum manibus adhærerēt, merito vt Romanū Pontificem ab alijs omnibus poteſtate diſtinguerent, Cōſtantinopolitani Imperatores, qui olim fidem religionemq; ſumma animi pietate ſeruarunt, vnā pedum adorationem, indicem pontificię dignitatis & obediētiæ, detulerunt. Qua nihil aliud docere velle videbantur, quàm omnes alios epiſcopos cum Romanis Pontificibus comparatos, multis partibus inferiores extitiſſe. Qui cultus, tantum abeſt, quod reliquis primatibus, niſi cum pænitentium more venia poſtulabatur, fuerit delatus: vt etiā Conſtantinopolitani Patriarchæ, qui alterum dignitatis gradum in Eccleſia tenebant, longe poſt habiti, ad pedes Imperatorum ſedere, eiſq; demiſsè miniſtrare fuerint coacti. Quod ſanè cum ęgre tuliſſet Romanus Pontifex, vt ex reſcripto Innocent. III. de maior. & obedient. conſtat, eam conſuetudinē

multo-

multorum Patrũ ſuffragijs,&Regum omnium vſu & exemplo infringendam eſſe demonſtrauit. Nec dubium eſt, omnes Imperatores eãdem reuerẽtiam; ſummis exhibuiſſe ſacerdotibus, niſi impoſtorum iniuria,aut violatę fuiſſent hiſtorię,aut Gręci,qui veteres in nos ſimultates exercent, caliginem veritati reticendo offudiſſent, aut aliud dicendo rem compertiſſimam obſcuraſſent. Quod ſatis liquido conſtat ex hiſtoria Turcogræcię Crucij,tota fraude mẽdacijsq; cõpoſita,vbi de manica põtificis oſculãda falſo tragiceq; nimium debacchatur. Nec mirum cum hoc vitium nimis familiare ſit gręcis auctoribus, ſi S. Gregorio credimus lib. 6. epiſt. 31. ad Eulogium Alexandrinum, qui ob hanc cauſam Sozomeni hiſtoriam, mendacij nomine ſuſpectam inuiſamq́, habuit, quia in ea multa contra Romanam Eccleſiam, vt illud Theodoſij Mompſtuæ: & contra patres, nempe S. Epiphanium Antropomorphitarum errorẽ ſecutum fuiſſe mentita & falſa, plenaque erroris ſint. Ioannes Zonaras licet breuiter & eleganter omnium ferè temporum ſeriem explicuerit, pleraque tamen animi & voluntatis contentionę diſſeruit aduerſus Romanam Eccleſiam, à qua non verbis tantum, ſed re & ſententia diſcrepat. Enimverò vt alia omittam alibi à me enarrata, dum Tom. 3. Gregorium Romanum obiurgat, quod in Imperij, trãslatione ab Imperatore gręco defecerit, falſo & communi omniũ ſuorũ dolore conqueritur.

Vterq; Nicephorus & Niceta & alij eius generis ſcriptores, cum ab eccleſia Romana longe diſſentiant, ſemper illam contumelioſis verbis excipiunt, nos tamquam prædones incuſant, & Pontificis Romani auctoritatem, quaſi ſcopuloſum & ſibi infeſtum locum declinant. His igitur exploſis auctoribus plurimum nobis infenſis, opere precium erit aliorum, hoc eſt, noſtrorum auctoritate conficere, hunc adorandi cultum ab omnibus tam Græcis quam Latinis Imperatoribus, Romano Pontifici delatum fuiſſe.

Breuiariũ Pij V. Primum igitur, vt a vetuſtioribus ordiamur, Iuſtinus ſenior catholicę veritatis fautor & propugnator, anno Domini 523. S. Ioannem Pontificem a Theodorico Rege miſſum, nõ ſolum ampliſſimis excepit honoribus, ſed etiam illius pedes venerationis cauſa, vt in eius vita legimus exoſculatus eſt. *Quod fuit in cauſa quamobrem Theodoricus malitia ductus, vt ait Paulus Diaconus lib.* 17. *illum ſimul cum ſocijs carceris afflictione peremerit*. Ab hoc tamen Ioanne coronatum fuiſſe Iuſtinum, refert Aimoinius li. 2. de geſtis Francorum cap. 1. & Pontificale Romanum his verbis. *Iuſtinus Imperator gaudio repletus eſt, quod meruerit temporibus ſuis B. Petri Apoſtoli ſucceſſorem videre in regno ſuo, de cuius manibus cum gloria coronatus eſt.*

Ad hæc Iuſtinianus filius Conſtantini Cæſaris, Conſtantinum Pontificem Romanum ad ſe venire hortatum, honorificè vt tanta Ponti-

ficis

ficis dignitas poſtulabat, atq; per humane ſuſcepit,ac humi decumbens adorauit & coluit: de quo P. Diaconus lib. 6. de geſtis Longobardorum cap.10. *Hic Conſtantinum Papam ad ſe venire iuſſum, honorifice ſuſcepit: quem poſtratus in terra intercedere pro ſuis peccatis rogans, cuncta Eccleſiæ condonauit priuilegia*. Beda in libro de ſex ætatibus anno ab orbe condito 4665. narrat, a Iuſtiniano II. iam in Imperiũ iterum reſtituto, Conſtantinum Papam honorifice ſuſceptum fuiſſe, *ita vt eum die Dominica*, ſic enim loquitur, *miſſas ſibi facere iubens, communionem de eius manu ſuſceperit, ac proſtratus in terra pro ſuis peccatis intercedere rogans, cuncta Eccleſiæ priuilegia renouarit*. Martinus Polonus hæc de Iuſtiniano retulit: *Conſtantinum Papam natione Syrum Iuſtinianus Imperator ad ſe venire Conſtantinopolim fecit, ac ſolemniter ipſum recipiens, & vultum in terram proijciens, vt pro ſuis peccatis Dominum exoraret, poſtulauit.* Cuſpinianus noſtrę diſputationis aduerſarius, à quo rei geſtæ narratio quam ſuſceperat, vel ab inuito veras voces elicuit, totum hoc factũ diffuſe narrauit his verbis. *Conſtantinus Pontifex à Iuſtiniano accerſitus, Conſtantinopolim veniens, exquiſitiſſimis honoribus à Tiberio filio exceptus eſt, & mox in Nicomediam ad Iuſtinianum deductus, qui venerabundus ſeſe ad Iuſtiniani pedes demiſit*. Blondus lib. 10. Deca. 1. Platina, & Sigonius, eiſdẽ ferè verbis hæc omnia retulerunt: *Poſtratus humi Imperator pro ſuis*

peccatis intercedere rogans, Pontificis pedes exoſculatur, & Romanæ eccleſiæ priuilegia renouat. Auguſtinus Eugubinus de donatione Conſtantini lib. 2. num. 66. ex veteribus & manuſcriptis auctoribus, quos ipſe in ampliſſima Vaticana Bibliotheca relegerat, collegit Iuſtinianum cum regno in capite, ad Conſtantini Papæ pedes oſculãdos acceſiſſe. Sic enim habet: *Ingrediente Pontifice Romano Conſtantino natione Syro Conſtantinopolim, Iuſtinianus Auguſtus chriſtianiſſimus, cum Regno in capite ſeſe proſtrauit; & pedes oſculans pontificis, deinde in amplexum mutuum corruerunt.*

Hoc tamen factum nulla ratione imperatoris expectatione indignum, aut ab Imperij dignitate & amplitudine alienum fuit. Nam Conſtantinus magnus B. memoriæ, vt ait Ambroſius, huius rei exemplum reliquit, illudq; omnibus ad imitandum expoſuit. Ipſe enim primus non ſolum Syluestrum Pontificia dignitate ampliſſimum, veneratus eſt; ſed etiã Eccleſiam Romanam magnificentiſſimis decretis honeſtauit, auxit, nobilitauit, vt opibus firmam, gloria inſignem, copijs locupletem redderet. Nam tantus Sylueſtro Pontifici ab Imperatore honor eſt habitus, vt nullum amoris, nullum ſtudij, nullum pietatis officium defuerit, quod pium & debitum Eccleſiaſtico muneri videretur. Etenim ob reuerentiam B. Petri, equum in quem ſublatus erat Pontifex, freno egit, ſtratoris officium exhibuit, ſacratiſ-

In oratione de obitu Theodoſii.

ſimo

ſimo vertici coronam impoſuit, vt apex pontificiæ dignitatis appareret inſignior.

Quæ omnia in falſi ſuſpicione ponenda nõ ſunt, vt ſomniant multi, quibus ſi aliquid perſuadere contendas, oportet ſane vt ſolé, quod aiunt, præ manibus geſtes, nec aliter poſſunt ab errore dimoueri. Etenim in donationis Cõſtantini priuilegio, magnæ apud græcos omnes auctoritatis, huius rei aperta & breuis narratio explicatur; de qua meminit Hadrianus I. in epiſtola ad Conſtantinum, & Irenem, quę Actione 2. ſeptimæ Synodi habetur; & Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus, in Nomocanone Photij tit. 8. cap. 1. his verbis: *Nos autem*, ait Conſtantinus, *tenentes frenum equi S. Syluestri, propter venerationem, & reuerentiam ſancti Petri, ſtratoris officio functi ſumus.* Idem etiam teſtantur S. Leo. IX. in epiſtola aduerſus præſumptionem Michaelis Imperatoris, cap. 13. Anaſtaſius Bibliothecarius, Ado Vienenſis in commentario ætatis ſextæ, Anſelmus lib. 4. cap. 32. Deuſdedit, Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romanæ Eccleſiæ defenſorem: Gotfredus Viterbienſis in Chronicis parte *6.* cap. 2. & Gratianus in decreto diſt. *96.* & alij ſexcenti auctores quos breuitatis cauſa prætermitto; vt durum profecto videatur in tanta annorum ſerie, omnes qui hanc cauſam defendunt, vt heretici conuiciantur, aberraſſe Pontifices, aut Chriſti ſacerdotes ſeniliter deliraſſe.

Sed hoc facto Conſtantini & exemplo permotus Pipinus francorum Rex, vt refert Martinus Polonus in Pontificum vitis lib. 4. & Anſelmus Lucenſis lib. 1. collectanearum, *Stephano Papæ ad trium milliarium ſpatium occurrit, & de equo deſcendens, & per frenum ſtratoris officium exercens, eum vſq; ad ſuum Palatium deduxit*. Iuo Carnotenſis in Chronicis, hæc eadem vberius multo commemorat: *Cum Stephanus Pontifex proficiſceretur ad excelentiſſimum Francorum Regem Pipinũ, aduerſus Aſtulfum Regem Longobardorum auxilium poſtulans: audiens Rex eiuſdem Beatiſſimi Pontificis aduentum, nimis feſtinanter in eius aduenit occurſum, vna cum coniuge, & filijs, & primatibus, & ferè ad centum milliaria filium ſuum Carolum ei miſit cum aliquibus optimatibus, ipſe quoq; in palatio quod dicitur Ponticone, ferè ad trium milliarium ſpatium deſcendens de equo ſuo, cum magna humilitate terræ proſtratus, vna cum coniuge, & filijs, & optimatibus, eundem ſuſcepit Pontificem. Cui & vice ſtratoris vſq; ad aliquantum locum iuxta eius ſellam properauit, & cum gloria ad palatium duxit, & omnia quæ ab eo Pontifex petijt impetrauit*. Hæc Iuo, vt ait Auguſtinus Eugubinus ex Anaſtaſio, licet in Iuonis operibus nuper impreſſis hæc non extent.

Hanc vero ab omnibus imperatoribus ſeruatam fuiſſe conſuetudinem, & impoſterum maiorum exemplo, tranſmiſſam poſterioribus ſeculis Frederici exemplo conſtitit: qui

anno Domini 1150. cum Hadriani III. ſtapedam tenere recuſaſſet, pontificis auctoritate, & omnium Cardinalium conſenſione, ab oſculo pacis excluſus eſt. Videbat namq; Pontifex illum ab antiqua receptaq; conſuetudine defeciſſe, qua omnes Imperatores & Reges, Petri ſucceſſori vt pedisſequi obſequuntur. *Quare vltro citroq; agitata diſputatione, cum hinc inde quisq; ſuas partes pro viribus tueretur, tandem,* vt ait Cardinalis ab Aragonia in compilatione regeſti Pontificum, *more maiorum, omnium ſuffragijs atq; ſententia impulſus eſt Fredericus, vt ſtapedam Pontificis teneret, eiq; ex equo deſcendenti, demiſſo atq; detecto capite famularetur*. Hermoldus Buzouienſis lib. 1. Chronicon cap. 81. hæc omnia ſatis diffuſa oratione proſequutus eſt, licet quæ de ſtapeda dextra vel ſiniſtra cõmemorat, puerilia pòtius & ridicula ſint, & in Romanæ Eccleſiæ odium conflata. *Veniente*, inquit, *Pontifice in caſtra, Rex feſtiuus occurrit, et deſcendens de equo tenuit ſtrepam, duxitq; per manum eius in tentorium, & amplicitus ſanctiſſimis vestigijs, fecit ea quæ iuſta ſunt.* Auguſt. Eugubinus loco citato ita ait: *Conſtantini exemplum cum Fredericus ob ſuperbiam imitari noluiſſet, pedemq; pontificis aſcendentis equum tenere, more maiorum renuiſſet; atq; ad oſculandum Hadrianum III. Pontificem acceſiſſet; non eſt admiſſus, ſed reiectus à Pontifice, verum à proceribus doctus Imperator, veſtigatis veterum monumentis, repertoq; eam antiquiſſimam eſſe conſuetudi-*

nem Imperatorum, cum iterum occuriſſet Pōtifici, officium ſtratoris exhibuit. Ea de cauſa anno Domini 1369. Vrbanum V. Pontificem Carolus IIII. Imperator, & Ferrariæ Marchio pedites comitati ſunt, & illius equum vſq; ad B. Petri templum humiliter deduxerunt. Vincelaus quoq; Caroli filius cum in Imperatorem inauguraretur, tenens frenum equi Gregorij XI. illum comitatur, vt Bernardinus Corius parte 3. hiſtoriæ Mediolanēſis eſt auctor.

Sed vt ad inſtitutum reuertamur, Pipinus qui pedeſter Stephano occurrerat, etiā pedes eius amplectitur & oſculatur: vt narrat Franciſcus Ioānettus in libro Pontificum cap. 90. Reginonis, Lupoldi, & aliorum auctoritate ſubnixus. Carolus vero re & nomine magnus, & inter omnes Francorum Reges, primus & princeps, Hadrianum Pontificem veneratus, eius pedes amplectitur; vt idem Ioannetus c. 93. & Paulus Æmilius lib. 2. hiſtoriarum Francorum affirmauit. *Præſtolabatur regem Carolū Hadrianus cum ſacro cœtu, pro gradibus ædis S. Petri: ille vbi in congreſſum venit, prius Pontificis pedes oſculo contigit, quam ſe illi complectendum daret.* Quod Platina, Iacobus Vuymphe, in Epitome rerum Germanicarum cap. 9. teſtantur, & Aimoinius lib. 4. de geſtis Gallorū cap. 90. Martinus Polonus lib. 4. agens de Carolo. *Romā veniens Carolus de equo ad tria milliaria deſcendit, & pedes eundo per Vrbem omnes Eccleſiarum poſtes humiliter deoſculatus fuit.*

Luit-

Luitprandus præterea Longobardorum Rex Leoni infenſus, eius pedes oſculatur, & Rachis Rex, Zachariæ pedes ampleĉtitur; vt Sigonius eſt auĉtor, in libris de regno Italiæ pagin. 121. & 135. in exemplari Venetijs ędito. Sic etiam Lodouicus Lotharij filius, anno 844. Sergium Papam veneratus, pedibus illius obuoluitur, teſte Sigonio pag. 214. *Leonem III. anno 848. cum hymnis & canticis & laudibus ad Lateranenſe patriarchicum perduxerunt ciues, moremq; ſeruantes antiquum,* vt in Regeſto vetuſtiſſimo Michaelis Thomaſij Epiſcopi Ilerdēſis legi, *omnes eius oſculati ſunt pedes*. Anno Chriſti 995. Ioannes XV. in Lateranenſem Eccleſiam magno commitatu introducitur; in cuius veſtibulo Creſcentius, & omnes ſeditionis auĉtores, petita venia, pedes illi oſculantur, vt ex Anaſtaſio Bibliothecario, apud Vaticanum conſtat. *Stephanus Ungariæ Rex anno 1012. cum bello pro fide Chriſtiana inito, victor euaſiſſet; Aſtricum virum cum ſanĉtitate conſpicuum, Romam ad Pontificem mittendum cenſuit, vt à* Benedicto *VII. Apoſtolicam benedictionem imploraret. Cum vero legatus* (vt ait Antonius Bonfinius de rebus Hungaricis, Decadis 2. lib. 1.) *omnia non ſolum ex ſententia ſed præter ſpem & opinionem impetraſſet: magno refectus gaudio in Pannoniam ſe recepit. Strigonio appropinquanti; Rex Stephanus cum ſingulari ſacerdotum & Pontificum pompa, obuiam prodijt. Aſtricum pontificia munera deferentem, & coro-*

nam & crucem oſtentantem, honorificentiſſimè Deo gratias agens excepit, Apoſtolica inſignia prærene renter accepta: quippe ad vnamquamq; Romani Pontificis mentionem, Stephanus expectante popu lo, inclinato capite ſe ingeniculabat, vt exemplo ſuo ad Romani Pontificis Apoſtoliciq; ſenatus obſe quiū & obſeruantiam omnes hortaretur. Hæc ille.

S. Gregorius VII. qui maximè pontificiæ dignitati ſtuduit, eamq; ſtrenue defendit, cum multa Romani Pontificis priuilegia retulerit; inter illa hoc quoq; ordine nonum de pe dum oſculatione retulit, libr. 2. regeſti folio 109. quod manu ſcriptum in Bibliotheca Va ticana ſeruatur.

Dictatus Papæ.

1 *Quod Romana Eccleſia à ſolo Deo ſit fundata.*

2 *Quod ſolus Romanus Pontifex, iure dicatur Vniuerſalis.*

3 *Quod ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos, vel reconciliare.*

4 *Quod legatus eius, omnibus Epiſcopis præſit in cōcilio, etiam inferioris gradus, & aduerſus eos ſententiam depoſitionis dare poſſit.*

5 *Quod abſentes Papa poſſit deponere.*

6 *Quod excommunicatus ab illo, inter cætera, nec in eadem domo debeat manere.*

7 *Quod illi ſoli licet pro temporis neceſſitate nouas leges condere, nouas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra diuitem epi-*

ſcopatum

ſcopatum diuidere, & inopes vnire.

8 Quod ſolus posſit vti Imperialibus inſignijs.

9 Quod ſolius Papæ pedes, omnes principes deoſculentur.

10 Quod illius ſolius nomen in Eccleſijs recitetur.

11 Quod hoc vnicum eſt nomen in mundo.

12 Quod illi liceat Imperatores deponere.

13 Quod illi liceat de ſede ad ſedem, necesſitate cogente, Epiſcopos tranſmutare.

14 Quod de omni Eccleſia, quemcumq; voluerit Clericum, valeat ordinare.

15 Quod ab illo ordinatus alijs Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab alio epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.

16 Quod nulla ſynodus abſq; præcepto eius, debeat generalis uocari.

17 Quod nullum capitulum, nullus liber Canonicus habeatur, abſq; illius auctoritate.

18 Quod ſententiæ illius à nullo debeant retractari, & ipſe omnium ſolus retractare posſit.

19 Quod à nemine iudicari debeat.

20 Quod nullus audeat condemnare Apoſtolicam ſedem appellantem.

21 Quod maiores cauſæ cuiuſcumq; Eccleſiæ ad eum referri debeant.

22 Quod Romana Eccleſia numquam errauit, nec in perpetuum, ſcriptura teſtante, errabit.

23 Quod Romanus Pontifex ſi canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri, indubitanter efficitur ſanctus, teſtante S. Ennodio Papienſi Epiſcopo, & multis ſanctis patribus fauentibus, ſicuti in de-

cretis

cretis B. Symmachi Papæ continetur.

24 *Quod illius præcepto & licentia, ſubiectis liceat accuſare.*

25 *Quod abſq; ſynodali conuentu poſſit Epiſcopos deponere, & reconciliare.*

26 *Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Eccleſiæ.*

27 *Quod à fidelitate iniquorum, ſubiectos poſſit abſoluere.*

Quæ omnia in noſtris commentarijs vberius expoſuimus, quorum propediem æditionem vrgemus. Poſt Gregorium VII. omnibus alijs Pontificibus, hæc obedientia, & pedum oſculatio delata eſt. Nam Paſchali II. anno 1099. omnes Romani vnanimiter prouoluebantur, vt ait Hermoldus lib. 1. cap. 40. preterea anno 1120. certatim omnes populi ſe ipſos ad Calliſti II. veſtigia proſternebant. Honorio II. anno 1125. omnes Cardinales eius pedibus prouoluti, obedientiam præſtiterunt. Eugenius III. qui omnia conſilio atque ſententia B. Bernardi gubernabat: anno 1195. Vrbem ingreſſus, poſt pedum oſcula, omnes ſuauiabatur, vt in regeſto Cardinalis ab Aragonia legimus. Alexandro III. Rex Angliæ, apud Dolenſe monaſterium, ad pedum oſcula acceſſit, & Rex Franciæ Pariſijs occurrit, & ſtratoris officio vſus, oſcula pedibus impreſſit. Ambo præterea Reges pietate ſumma permoti, Pontifici maximo, maximum quoque honorem detulerunt, vt Robertus Ab-

bas

bas in additionibus Segeberti anno 1163. retulit his verbis: *Ludouicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum ſuper ligerim, apud Toriacum conuenientes, Alexandrum Papam Romanum, honore congruo ſuſceperunt, & vſi officio ſtratoris, pedites dextra leuaq; frenum equi ipſius tenentes, eum vſque ad præparatum papilionẽ perduxerũt.* Petrus II. Aragoniæ Rex anno 1204. cum Romæ, apud S. Pancratium, à Petro epiſcopo Portuenſi, factis de more expletis, in Regem inauguratus, & ab Innocentio III. Hiſpaniæ rebus ſtudioſiſſimo coronatus, & colobio regio ornatus, ſceptro, globo, & diademate inſignitus fuiſſet; Pontificis pedes amplexus, Regnũ Aragonũ Eccleſiæ Romanæ vectigale & ſtipendiariũ fecit, ac perpetuum ſuę virtutis monumentũ, depictamq; tabellã, vna cum Regis & procerum ſuorum inſignibus, apud S. Ioannem Lateranum, quæ nunc etiam viuis coloribus adumbrata conſpicitur, ęternitati conſecrauit. De quo plura Franciſcus Petrarcha lib. 1. Epiſtolarum, Hieronymus Curita lib. 2. annalium cap. 50. & Bernardinus Miedes Epiſcopus Albarrazinenſis lib. 1. hiſtoriæ Regis Iacobi.

Eiſdem ferè temporibus originem habuit vſitata illa ſcribendi formula, dignitati pontificiæ maximè conſentanea, qua communi omnium Regum vſu ſancitum eſt, vt in litteris quæ ad pontificem de more tranſmittuntur, inter ſalutandum, pedum exoſculatio ve-

nerationis cauſa præſcribatur: cuius rei varia extant apud auctores exempla. anno 1219. Rex Angliæ Papam ſalutat his verbis: *Beatiſſimo Patri & Domino Honorio Dei gratia ſummo Pontifici, Reginaldus Rex Inſularum commendationem cum oſculo pedum.* Præterea Carolus Rex Siciliæ anno 1266. eandem conſuetudinem retinens ita ſcribit: *Sanctiſſimo in Chriſto patri & Domino ſuo Domino Clementi diuina prouidentia ſacroſanctæ & vniuerſalis Eccleſię ſummo Pontifici, Carolus* Dei gratia *Rex Siciliæ, cum omni reuerentia & honore, beata pedum oſcula beatorum.* Anno 1324. Rex Poloniæ Pontificem ſalutat his verbis: *Sanctiſſimo in Chriſto patri & Domino ſuo reuerendo Domino Ioanni Dei prouidentia ſummo Pontifici, Henricus Dux Heluiæ hæres Regni Poloniæ, Dux Glogoniæ, & Poſuaniæ, cum recomendatis ipſius pedum oſcula beatorum.* Et anno 1327. *Sanctiſſimo Domino Ioanni diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Vladislaus Rex Poloniæ, deuotus filius ad pedum oſcula beatorum.* Tandem Rex Anglię anno 1343. Pontificem Romanũ vniuerſalem omnium Eccleſiarum paſtorem agnoſcens, eum, longe aliter quam audet nũc Anglicana temeritas, ſumma animi demiſſione patrem ac Dominum appellans, plurima ſalute impertit his verbis: *Sanctiſſimo Patri, ac Domino, Domino Clementi, digna Dei prouidentia, Sacroſanctę Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Eudardus Dei gratia, Rex Franciæ*

ciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, deuota pedum oſcula beatorum. Philippus pulcher Galliæ Rex, Benedicto XI. Pontificiam dignitatem adepto, gratulatur his verbis: *Sanctiſſimo patri & Domino Benedicto diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pōtifici, Philippus Dei gratia Francorum Rex, beata pedum oſcula beatorum.* Clementem V. Cardinales ita ſalutant: *S. Patri D. & D. Bertrando Archiepiſcopo Burdegalenſi, in ſummum Pontificem electo miſericordia diuina, Chriſti presbyteri & diaconi S. R. E. Cardinales pedum oſcula beatorum.* Quæ omnia ex regeſto Cardinalis ab Aragonia, quod nunc apud Illuſtriſs. Cardinalem Antonium Caraffam ſtudioſorum patronum & mæcenatem extat, tranſcripſi.

Sed vt ad finem vſque noſtram diſputationem deducamus Sigiſmundus Imperator, qui pro fidei conſociatione difficillima in Hiſpaniam itinera confecerat, ſatis expectatam aduerſus Eccleſiam fidem & probitatem oſtēdit. Nam Benedictum non dum dignitate abrogatum, vna cum Ferdinando Aragonum Rege, apud Perpinianū, pedum oſculatione coluit: qui vix exorari paſſus eſt, tanta erat hominis peruicacia, vt ad Conſtantienſem Synodum proficiſceretur; & pontificiam dignitatem deponeret. In Concilio vero Conſtantienſi, cum omnium ordinum acclamatione Martinus V. in Pontificem electus fuiſſet, idem Imperator ſumma lætitia affectus, perfuſuſq; lacrymis,

 Roma-

In Concilio Florentino.

Romanũ Pontificẽ humeris extulit atque ſuſtinuit. Eugenius IIII. Imperatori Ioanni Paleologo, ne ante pedes ingenua procumberet, humanitatis cauſa prohibuit: licet illum ſinu & ore complexus, dextrã ei exoſculandam dederit. Imperatoris tamen clientes pedes Romani Pontificis oſculis contigerunt. Quod ſanè græci qui ſemper primas tenere, & inimicitiarum ſuſpicione, auctoritati pontificis derogare voluerunt, nunquam præſtitiſſent, niſi id, ius ratumq; fuiſſet maiorum ſuorum conſenſione & exemplo. Sigiſmundus quoq; Imperator, ſuſcepto Imperiali diademate, ad veſtigia Eugenij Pontificis prouoluitur, vt hæc carmina ſepulchro Pontificis inciſa teſtantur.

Eugenius iacet hic quartus, cor nobile, cuius
Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu, Cæſar vterq; pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta latinæ,
Alter vt aurato cingat honore caput.

Tandem vt immenſa prætaream, Carolus V. Imperator cum optimis quibuſcumq; omniũ ſeculorum principibus comparandus, cum ex omnibus hoſtibus victoriam, triumphum, tropheа retulerit, Clementis VII. a quo Auguſtalia inſigna & ornamenta ſuſceperat, pedes amplectitur. Eius etiam virtutis & felicitatis ſucceſſor & hæres Philippus II. licet, tanta rerum & negotiorum mole præpeditus, coram & ante pedes obedientiam multis Roma-

nis

nis Pontificibus, quibus omnia felicitatis genera cupit & debet, præſtare non potuit; eam tamen per ſuos legatos præſtitit, quæ ſemper omnium fuit ampliſſima. Nam vt omittam cæteros à Rege tranſmiſſos, vnus Ioannes Fernandez de Velaſco magnus Caſtellæ Comeſtabilis, eam ad Sixtum V. habuit legationẽ, quæ & Pontifici,& toti Senatui gratiſſima, Hiſpano vero nomini magnificentiſſima extitit. Etenim preter nobiliſſimos viros qui cohoneſtandi cauſa vna cũ legato vrbem acceſſerant, ea fuerunt in ea legatione laudis inſignia, honoris ornamenta, pompæ celebritas & magnitudo, vt nullus vnquam poſt hominum memoriam, æque ac noſter hic Ioannes, tantis & nobilitatis,& humanitatis,& virtutis luminibus, tantis auri, gloriæq; fulgoribus, Romæ collu xerit.

Ergo quis huic ſentẽtiæ tot Patrum ſuffragijs, tantorumq; regum auctoritate & exemplo comprobatæ obſiſteret, niſi mente lapſus, Chriſti iugum è ceruicibus repuliſſet? Cui ſi adiungamus ea, quæ in Pontificali & Ceremoniali Romano, titulo De coronatione Imperatoris leguntur,& in gloſ. l. 1. C. de Domeſt. & proteſt. libro XII. quæ à Reſtauro Caſtaldo adducuntur, omne noſtrum munus videbimur expleuiſſe: Nec me latet multa apud varios auctores reperiri, quæ ab alijs maioris induſtriæ, & ingenij viris colligi poſſunt, quæ ego libenter omiſi; nõ quaſi alijs ſcribendi occa-

ſionem præriperem, ſed ſtudij cauſa, vt eos ad ſimile ſtudium excitarem. Omnes tamen lectores exoratos vellem, vt ſi quidquam à me prætermiſſum aut neglectum aut minus explicatum videant, ipſi benignè & ſtudioſe conferant, vt ex multorum ſtudio, hæc vera & probata ſententia confirmetur.

CAP. XVIII.

Iure optimo à Romano Pontifice ſandalia cruce inſignita geſtari, aduerſus Papirij Maſſonis calliditatem.

RESTAT tandem, vt cum eis vltimam pugnam ineamus, qui crucem quam Romani Pontifices pedibus geſtant, ſibilis atq; conuicijs inſectātur. Clamāt maximū à Pōtifice flagitiū fieri, cū Chriſti ſacratiſſimū ſignū quo frontes electorum ab Angelis teri, & conſignari debent, quod etiam honoris cauſa, numis inſculpi, capite deferri ſolet, ille in ſordido atq; abiecto loco conſtituat; vt potius ad ludibrium atq; deſpectum, quàm ad honorem poſitum eſſe videatur. De qua re opportune

tunc à nobis agendum eſt,cum ex illo adoran tium more, communi omnium autoritate cõ probato, hic etiam de cruce deducatur.

Primum igitur quoniam Papirius Maſſo lib.6.de epiſcopis vrbis,in vita Benedicti XII alienam perſonam indutus, de hac cruce calceis ſericis intexta diſſeruit; poſtulat ratio vt illius verba quaſi ex tabula recitemus,vt apertè quantum à ſenſu pij hominis abfuerit, doceamus. *Cæterum,* inquit, *quia locum quendam Iacobi Fabri prudentiſſimi iuris ad inſtitutiones Iuſtinianeas,vbi mentio Benedicti facta eſt, ſub illo enim Faber viuebat, initio huius elogij citauimus, placet eiuſdem auctoris verba quoque illa notare: Papa in verbis ſe dicit ſeruum ſeruorum ſe nominando de facto, tamen ſe adorari permittit, quod Angelus in Apocalypſi refugit. Videtur autem id dicere quaſi damnans conſuetudinem, moremque eorum qui demiſſiſſime procumbunt ad pedes pontificios,vt ſignum crucis in ſuperficie ſerici calcei intextum deoſculentur: qui mos an ſit antiquiſſimus neſcio,nondum enim omnia legi,ſed hoc ſcio conſuetudinem illam ciſalpinis populis minus probari quàm Italicæ genti, ad huius generis obſequia & demiſſiones natæ, illamque conſtitutionem Imperatorum Theodoſii & Valentiniani, quam Eudoxio præfecto prætorio ſcribunt,nõ erit, opinor, ſuperuacuum atque inutile huic loco intexere,ex libro primo codicis Iuſtinianei, ſeu pontifices volent ea teneri, ſeu nolent, paria enim ſunt in calceo crucem geſtare,atq; humi eam pingere.*

Vterq; Nicephorus & Niceta & alij eius generis ſcriptores, cum ab eccleſia Romana longe diſſentiant, ſemper illam contumelioſis verbis excipiunt, nos tamquam prædones incuſant, & Pontificis Romani auctoritatem, quaſi ſcopuloſum & ſibi infeſtum locum declinant. His igitur exploſis auctoribus plurimum nobis infenſis, opere precium erit aliorum, hoc eſt, noſtrorum auctoritate conficere, hunc adorandi cultum ab omnibus tam Græcis quam Latinis Imperatoribus, Romano Pontifici delatum fuiſſe.

Breuiariũ Pij V.

Primum igitur, vt a vetuſtioribus ordiamur, Iuſtinus ſenior catholicę veritatis fautor & propugnator, anno Domini 523. S. Ioannem Pontificem a Theodorico Rege miſſum, nõ ſolum ampliſſimis excepit honoribus, ſed etiam illius pedes venerationis cauſa, vt in eius vita legimus exoſculatus eſt. *Quod fuit in cauſa quamobrem Theodoricus malitia ductus, vt ait Paulus Diaconus lib.* 17. *illum ſimul cum ſocijs carceris afflictione peremerit*. Ab hoc tamen Ioanne coronatum fuiſſe Iuſtinum, refert Aimoinius li. 2. de geſtis Francorum cap. 1. & Pontificale Romanum his verbis. *Iuſtinus Imperator gaudio repletus eſt, quod meruerit temporibus ſuis B. Petri Apoſtoli ſucceſſorem videre in regno ſuo, de cuius manibus cum gloria coronatus eſt*.

Ad hæc Iuſtinianus filius Conſtantini Cæſaris, Conſtantinum Pontificem Romanum ad ſe venire hortatum, honorificè vt tanta Ponti-

ficis

ficis dignitas poſtulabat, atq; per humane ſuſcepit,ac humi decumbens adorauit & coluit: de quo P. Diaconus lib. 6. de geſtis Longobardorum cap.10. *Hic Conſtantinum Papam ad ſe venire iuſſum, honorifice ſuſcepit: quem poſtratus in terra intercedere pro ſuis peccatis rogans, cuncta Eccleſiæ condonauit priuilegia.* Beda in libro de ſex ætatibus anno ab orbe condito 4665. narrat, a Iuſtiniano II. iam in Imperiũ iterum reſtituto, Conſtantinum Papam honorifice ſuſceptum fuiſſe, *ita vt eum die Dominica,* ſic enim loquitur, *miſſas ſibi facere iubens, communionem de eius manu ſuſceperit, ac proſtratus in terra pro ſuis peccatis intercedere rogans, cuncta Eccleſiæ priuilegia renouarit.* Martinus Polonus hæc de Iuſtiniano retulit: *Conſtantinum Papam natione Syrum Iuſtinianus Imperator ad ſe venire Conſtantinopolim fecit, ac ſolemniter ipſum recipiens, & vultum in terram proijciens, vt pro ſuis peccatis Dominum exoraret, poſtulauit.* Cuſpinianus noſtrę diſputationis aduerſarius, à quo rei geſtæ narratio quam ſuſceperat, vel ab inuito veras voces elicuit, totum hoc factũ diffuſe narrauit his verbis. *Conſtantinus Pontifex à Iuſtiniano accerſitus, Conſtantinopolim veniens, exquiſitiſſimis honoribus à Tiberio filio exceptus eſt, & mox in Nicomediam ad Iuſtinianum deductus, qui venerabundus ſeſe ad Iuſtiniani pedes demiſit.* Blondus lib. 10. Deca. 1. Platina, & Sigonius, eiſdẽ ferè verbis hæc omnia retulerunt: *Poſtratus humi Imperator pro ſuis*

peccatis intercedere rogans, Pontificis pedes exoſculatur, & Romanæ eccleſiæ priuilegia renouat. Auguſtinus Eugubinus de donatione Conſtantini lib. 2. num. 66. ex veteribus & manuſcriptis auctoribus, quos ipſe in ampliſſima Vaticana Bibliotheca relegerat, collegit Iuſtinianum cum regno in capite, ad Conſtantini Papæ pedes oſculãdos acceſſiſſe. Sic enim habet: *Ingrediente Pontifice Romano Conſtantino natione Syro Conſtantinopolim, Iuſtinianus Auguſtus chriſtianiſſimus, cum Regno in capite ſeſe proſtrauit; & pedes oſculans pontificis, deinde in amplexum mutuum corruerunt.*

Hoc tamen factum nulla ratione imperatoris expectatione indignum, aut ab Imperij dignitate & amplitudine alienum fuit. Nam Conſtantinus magnus B. memoriæ, vt ait Ambroſius, huius rei exemplum reliquit, illudq; omnibus ad imitandum expoſuit. Ipſe enim primus non ſolum Syluestrum Pontificia dignitate ampliſſimum, veneratus eſt; ſed etiã Eccleſiam Romanam magnificentiſſimis decretis honeſtauit, auxit, nobilitauit, vt opibus firmam, gloria inſignem, copijs locupletem redderet. Nam tantus Syluestro Pontifici ab Imperatore honor eſt habitus, vt nullum amoris, nullum ſtudij, nullum pietatis officium defuerit, quod pium & debitum Eccleſiaſtico muneri videretur. Etenim ob reuerentiam B. Petri, equum in quem ſublatus erat Pontifex, freno egit, ſtratoris officium exhibuit, ſacratiſ-

In oratione de obitu Theodoſii.

ſimo vertici coronam impoſuit, vt apex pontificiæ dignitatis appareret inſignior.

Quæ omnia in falſi ſuſpicione ponenda nō ſunt, vt ſomniant multi, quibus ſi aliquid perſuadere contendas, oportet ſane vt ſolē, quod aiunt, præ manibus geſtes, nec aliter poſſunt ab errore dimoueri. Etenim in donationis Cōſtantini priuilegio, magnæ apud græcos omnes auctoritatis, huius rei aperta & breuis narratio explicatur; de qua meminit Hadrianus I. in epiſtola ad Conſtantinum, & Irenem, quę Actione 2. ſeptimæ Synodi habetur; & Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus, in Nomocanone Photij tit. 8. cap. 1. his verbis: *Nos autem*, ait Conſtantinus, *tenentes frenum equi S. Syluestri, propter venerationem, & reuerentiam ſancti Petri, ſtratoris officio functi ſumus.* Idem etiam teſtantur S. Leo. IX. in epiſtola aduerſus præſumptionem Michaelis Imperatoris, cap. 13. Anaſtaſius Bibliothecarius, Ado Vienenſis in commentario ætatis ſextæ, Anſelmus lib. 4. cap. 32. Deuſdedit, Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romanæ Eccleſiæ defenſorem: Gotfredus Viterbienſis in Chronicis parte 6. cap. 2. & Gratianus in decreto diſt. 96. & alij ſexcenti auctores quos breuitatis cauſa prætermitto; vt durum profecto videatur in tanta annorum ſerie, omnes qui hanc cauſam defendunt, vt heretici conuiciantur, aberraſſe Pontifices, aut Chriſti ſacerdotes ſeniliter deliraſſe.

Sed hoc facto Conſtantini & exemplo permotus Pipinus francorum Rex, vt refert Martinus Polonus in Pontificum vitis lib. 4. & Anſelmus Lucenſis lib. 1. collectanearum, *Stephano Papæ ad trium milliarium ſpatium occurrit, & de equo deſcendens, & per frenum ſtratoris officium exercens, eum vſq; ad ſuum Palatium deduxit*. Iuo Carnotenſis in Chronicis, hæc eadem vberius multo commemorat: *Cum Stephanus Pontifex proficiſceretur ad excelentiſſimum Francorum Regem Pipinũ, aduerſus Aſtulfum Regem Longobardorum auxilium poſtulans: audiens Rex eiuſdem Beatiſſimi Pontificis aduentum, nimis feſtinanter in eius aduenit occurſum, vna cum coniuge, & filijs, & primatibus, & ferè ad centum milliaria filium ſuum Carolum ei miſit cum aliquibus optimatibus, ipſe quoq; in palatio quod dicitur Ponticone, ferè ad trium milliarium ſpatium deſcendens de equo ſuo, cum magna humilitate terræ poſtratus, vna cum coniuge, & filijs, & optimatibus, eundem ſuſcepit Pontificem. Cui & vice ſtratoris vſq; ad aliquantum locum iuxta eius ſellam properauit, & cum gloria ad palatium duxit, & omnia quæ ab eo Pontifex petijt impetrauit*. Hæc Iuo, vt ait Auguſtinus Eugubinus ex Anaſtaſio, licet in Iuonis operibus nuper impreſſis hæc non extent.

Hanc vero ab omnibus imperatoribus ſeruatam fuiſſe conſuetudinem, & impoſterum maiorum exemplo, tranſmiſſam poſterioribus ſeculis Frederici exemplo conſtitit: qui

anno

anno Domini 1150. cum Hadriani III. ſtapedam tenere recuſaſſet, pontificis auctoritate, & omnium Cardinalium conſenſione, ab oſculo pacis excluſus eſt. Videbat namq; Pontifex illum ab antiqua receptaq; conſuetudine defeciſſe, qua omnes Imperatores & Reges, Petri ſucceſſori vt prediſſequi obſequuntur. *Quare vltro citroq; agitata diſputatione, cum hinc inde quisq; ſuas partes pro viribus tueretur, tandem, vt* ait Cardinalis ab Aragonia in compilatione regeſti Pontificum, *more maiorum, omnium ſuffragijs atq; ſententia impulſus eſt Fredericus, vt ſtapedam Pontificis teneret, eiq; ex equo deſcendenti, demiſſo atq; detecto capite famularetur*. Hermoldus Buzouienſis lib. 1. Chronicon cap. 81. hæc omnia ſatis diffuſa oratione proſequutus eſt, licet quæ de ſtapeda dextra vel ſiniſtra cõmemorat, puerilia potius & ridicula ſint, & in Romanæ Eccleſiæ odium conflata. *Veniente*, inquit, *Pontifice in caſtra, Rex feſtiuus occurrit, et deſcendens de equo tenuit ſtrepam, duxitq; per manum eius in tentorium, & amplicitus ſanctiſſimis veſtigijs, fecit ea quæ iuſta ſunt.* Auguſt. Eugubinus loco citato ita ait: *Conſtantini exemplum cum Fredericus ob ſuperbiam imitari noluiſſet, pedemq; pontificis aſcendentis equum tenere, more maiorum renuiſſet; atq; ad oſculandum Hadrianum III. Pontificem acceſiſſet; non eſt admiſſus, ſed reiectus à Pontifice, verum à proceribus doctus Imperator, veſtigatis veterum monumentis, repertoq; eam antiquiſſimam eſſe conſuetudi-*

nem Imperatorum, cum iterum occuriſſet Pōtifici, officium ſtratoris exhibuit. Ea de cauſa anno Domini 1369. Vrbanum V. Pontificem Carolus IIII. Imperator, & Ferrariæ Marchio pedites comitati ſunt, & illius equum vſq; ad B. Petri templum humiliter deduxerunt. Vincelaus quoq; Caroli filius cum in Imperatorem inaugurar etur, tenens frenum equi Gregorij XI. illum comitatur, vt Bernardinus Corius parte 3. hiſtoriæ Mediolanēſis eſt auctor.

Sed vt ad inſtitutum reuertamur, Pipinus qui pedeſter Stephano occurrerat, etiā pedes eius amplectitur & oſculatur: vt narrat Franciſcus Ioānettus in libro Pontificum cap. 90. Reginonis, Lupoldi, & aliorum auctoritate ſubnixus. Carolus vero re & nomine magnus, & inter omnes Francorum Reges, primus & princeps, Hadrianum Pontificem veneratus, eius pedes amplectitur; vt idem Ioannetus c. 93. & Paulus Æmilius lib. 2. hiſtoriarum Francorum affirmauit. *Præſtolabatur regem Carolū Hadrianus cum ſacro cætu, pro gradibus ædis S. Petri: ille vbi in congreſſum venit, prius Pontificis pedes oſculo contigit, quam ſe illi complectendum daret.* Quod Platina, Iacobus Vuymphe, in Epitome rerum Germanicarum cap. 9. teſtantur, & Aimoinius lib. 4. de geſtis Gallorū cap. 90. Martinus Polonus lib. 4. agens de Carolo. *Romā veniens Carolus de equo ad tria milliaria deſcendit, & pedes eundo per Vrbem omnes Eccleſiarum poſtes humiliter deoſculatus fuit.*

Luitprandus præterea Longobardorum Rex Leoni infenſus, eius pedes oſculatur, & Rachis Rex, Zachariæ pedes amplectitur; vt Sigonius eſt auctor, in libris de regno Italiæ pagin. 121. & 135. in exemplari Venetijs edito. Sic etiam Lodouicus Lotharij filius, anno 844. Sergium Papam veneratus, pedibus illius obuoluitur, teſte Sigonio pag. 214. *Leonem IIII. anno 848. cum hymnis & canticis & laudibus ad Lateranenſe patriarchicum perduxerunt ciues, moremq; ſeruantes antiquum*, vt in Regeſto vetuſtiſſimo Michaelis Thomaſij Epiſcopi Ilerdēſis legi, *omnes eius oſculati ſunt pedes*. Anno Chriſti 995. Ioannes XV. in Lateranenſem Eccleſiam magno commitatu introducitur; in cuius veſtibulo Creſcentius, & omnes ſeditionis auctores, petita venia, pedes illi oſculantur, vt ex Anaſtaſio Bibliothecario, apud Vaticanum conſtat. *Stephanus Vngariæ Rex anno* 1012. *cum bello pro fide Chriſtiana inito, victor euaſiſſet, Aſtricum virum cum ſanctitate conſpicuum, Romam ad Pontificem mittendum cenſuit, vt à Benedicto VII. Apoſtolicam benedictionem imploraret. Cum vero legatus* (vt ait Antonius Bonfinius de rebus Hungaricis, Decadis 2. lib. 1.) *omnia non ſolum ex ſententia ſed præter ſpem & opinionem impetraſſet: magno refectus gaudio in Pannoniam ſe recepit. Strigonio appropinquanti, Rex Stephanus cum ſingulari ſacerdotum & Pontificum pompa, obuiam prodijt. Aſtricum pontificia munera deferentem, & coro-*

nam & crucem oſtentantem, honorificentiſſimè Deo gratias agens excepit, Apoſtolica inſignia prærreuerenter accepta: quippe ad vnamquamq; Romani Pontificis mentionem, Stephanus expectante populo, inclinato capite ſe ingeniculabat, vt exemplo ſuo ad Romani Pontificis Apoſtoliciq; ſenatus obſequiū & obſeruantiam omnes hortaretur. Hæc ille.

S. Gregorius VII. qui maxime pontificiæ dignitati ſtuduit, eamq; ſtrenue defendit, cum multa Romani Pontificis priuilegia retulerit; inter illa hoc quoq; ordine nonum de pedum oſculatione retulit, libi 2. regeſti folio 109. quod manu ſcriptum in Bibliotheca Vaticana ſeruatur.

Dictatus Papæ.

1 *Quod Romana Eccleſia à ſolo Deo ſit fundata.*

2 *Quod ſolus Romanus Pontifex, iure dicatur Vniuerſalis.*

3 *Quod ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos, vel reconciliare.*

4 *Quod legatus eius, omnibus Epiſcopis præſit in cōcilio, etiam inferioris gradus, & aduerſus eos ſententiam depoſitionis dare poſſit.*

5 *Quod abſentes Papa poſſit deponere.*

6 *Quod excommunicatus ab illo, inter cætera, nec in eadem domo debeat manere.*

7 *Quod illi ſoli licet pro temporis neceſſitate nouas leges condere, nouas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra diuitem epi-*

ſcopatum diuidere, & inopes vnire.

8 *Quod ſolus poſſit vti Imperialibus inſignijs.*

9 *Quod ſolius Papæ pedes, omnes principes deoſculentur.*

10 *Quod illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur.*

11 *Quod hoc vnicum eſt nomen in mundo.*

12 *Quod illi liceat Imperatores deponere.*

13 *Quod illi liceat de ſede ad ſedem, neceſſitate cogente, Epiſcopos tranſmutare.*

14 *Quod de omni Eccleſia, quemcumq; voluerit Clericum, valeat ordinare.*

15 *Quod ab illo ordinatus alijs Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab alio epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.*

16 *Quod nulla ſynodus abſq; præcepto eius, debeat generalis uocari.*

17 *Quod nullum capitulum, nullus liber Canonicus habeatur, abſq; illius auctoritate.*

18 *Quod ſententiæ illius à nullo debeant retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.*

19 *Quod à nemine iudicari debeat.*

20 *Quod nullus audeat condemnare Apoſtolicam ſedem appellantem.*

21 *Quod maiores cauſæ cuiuſcumq; Eccleſiæ ad eum referri debeant.*

22 *Quod Romana Eccleſia numquam errauit, nec in perpetuum, ſcriptura teſtante, errabit.*

23 *Quod Romanus Pontifex ſi canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri, indubitanter efficitur ſanctus, teſtante S. Ennodio Papienſi Epiſcopo, & multis ſanctis patribus fauentibus, ſicuti in de-*

cretis

cretis B. Symmachi Papæ continetur.

24 *Quod illius præcepto & licentia, ſubiectis liceat accuſare.*

25 *Quod abſq; ſynodali conuentu poſſit Epiſcopos deponere, & reconciliare.*

26 *Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Eccleſiæ.*

27 *Quod à fidelitate iniquorum, ſubiectos poſſit abſoluere.*

Quæ omnia in noſtris commentarijs vberius expoſuimus, quorum propediem æditionem vrgemus. Poſt Gregorium VII. omnibus alijs Pontificibus, hæc obedientia, & pedum oſculatio delata eſt. Nam Paſchali II. anno 1099. omnes Romani vnanimiter prouoluebantur, vt ait Hermoldus lib. 1. cap. 40. prǽterea anno 1120. certatim omnes populi ſe ipſos ad Calliſti II. veſtigia proſternebant. Honorio II. anno 1125. omnes Cardinales eius pedibus prouoluti, obedientiam præſtiterunt. Eugenius III. qui omnia conſilio atque ſententia B. Bernardi gubernabat: anno 1195. Vrbem ingreſſus, poſt pedum oſcula, omnes ſuauiabatur, vt in regeſto Cardinalis ab Aragonia legimus. Alexandro III. Rex Angliæ, apud Dolenſe monaſterium, ad pedum oſcula acceſſit, & Rex Franciæ Pariſijs occurrit, & ſtratoris officio vſus, oſcula pedibus impreſſit. Ambo præterea Reges pietate ſumma permoti, Pontifici maximo, maximum quoque honorem detulerunt, vt Robertus Ab

bas

bas in additionibus Segeberti anno 1163. retulit his verbis: *Ludouicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum ſuper Ligerim, apud Toriacum conuenientes, Alexandrum Papam Romanum, honore congruo ſuſceperunt, & vſi officio ſtratoris, pedites dextra leuaq; frenum equi ipſius tenentes, eum vſque ad præparatum papilionē perduxerūt.* Petrus II. Aragoniæ Rex anno 1204. cum Romæ, apud S. Pancratium, à Petro epiſcopo Portuenſi, ſacris de more expletis, in Regem inauguratus, & ab Innocentio III. Hiſpaniæ rebus ſtudioſiſſimo coronatus, & colobio regio ornatus, ſceptro, globo, & diademate inſignitus fuiſſet; Pontificis pedes amplexus, Regnū Aragonū Eccleſiæ Romanæ vectigale & ſtipendiariū fecit, ac perpetuum ſuę virtutis monumentū, depictamq; tabellā, vna cum Regis & procerum ſuorum inſignibus, apud S. Ioannem Lateranum, quæ nunc etiam ſuis coloribus adumbrata conſpicitur, ęternitati conſecrauit. De quo plura Franciſcus Petrarcha lib. 1. Epiſtolarum, Hieronymus Curita lib. 2. annalium cap. 50. & Bernardinus Miedes Epiſcopus Albarrazinenſis lib. 1. hiſtoriæ Regis Iacobi.

Eiſdem ferè temporibus originem habuit vſitata illa ſcribendi formula, dignitati pontificiæ maximè conſentanea, qua communi omnium Regum vſu ſancitum eſt, vt in litteris quæ ad pontificem de more tranſmittuntur, inter ſalutandum, pedum exoſculatio ve-

neratio-

nerationis cauſa præſcribatur: cuius rei varia extant apud auctores exempla. anno 1219. Rex Angliæ Papam ſalutat his verbis: *Beatiſſimo Patri & Domino Honorio Dei gratia ſummo Pontifici, Reginaldus Rex Inſularum commendationem cum oſculo pedum.* Præterea Carolus Rex Siciliæ anno 1266. eandem conſuetudinem retinens ita ſcribit: *Sanctiſſimo in Chriſto patri & Domino ſuo Domino Clementi diuina prouidentia ſacroſanctæ & vniuerſalis Eccleſię ſummo Pontifici, Carolus* Dei gratia *Rex Siciliæ, cum omni reuerentia & honore, beata pedum oſcula beatorum.* Anno 1324. Rex Poloniæ Pontificem ſalutat his verbis: *Sanctiſſimo in Chriſto patri & Domino ſuo reuerendo Domino Ioanni Dei prouidentia ſummo Pontifici,* Henricus *Dux Heluiæ hæres Regni Poloniæ, Dux Glogoniæ, & Poſuaniæ, cum recomendatis ipſius pedum oſcula beatorum.* Et anno 1327. *Sanctiſſimo Domino Ioanni diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Vladislaus Rex Poloniæ, deuotus filius ad pedum oſcula beatorum.* Tandem Rex Anglię anno 1343. Pontificem Romanũ vniuerſalem omnium Eccleſiarum paſtorem agnoſcens, eum, longe aliter quam audet nũc Anglicana temeritas, ſumma animi demiſſione patrem ac Dominum appellans, plurima ſalute impertit his verbis: *Sanctiſſimo Patri, ac Domino, Domino Clementi, digna Dei prouidentia, Sacroſanctę Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Eudardus Dei gratia, Rex Franciæ*

cia & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, deuota pedum oſcula beatorum. Philippus pulcher Galliæ Rex, Benedicto XI. Pontificiam dignitatem adepto, gratulatur his verbis: *Sanctiſſimo patri & Domino Benedicto diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pōtifici, Philippus Dei gratia Francorum Rex, beata pedum oſcula beatorum.* Clementem V. Cardinales ita ſalutant: *S. Patri D. & D. Bertrando Archiepiſcopo Burdegalenſi, in ſummum Pontificem electo miſericordia diuina, Chriſti presbyteri & diaconi S. R. E. Cardinales pedum oſcula beatorum.* Quæ omnia ex regeſto Cardinalis ab Aragonia, quod nunc apud Illuſtriſs. Cardinalem Antonium Caraffam ſtudioſorum patronum & mæcenatem extat, tranſcripſi.

Sed vt ad finem vſque noſtram diſputationem deducamus Sigiſmundus Imperator, qui pro fidei conſociatione difficillima in Hiſpaniam itinera confecerat, ſatis expectatam aduerſus Eccleſiam fidem & probitatem oſtēdit. Nam Benedictum non dum dignitate abrogatum, vnà cum Ferdinando Aragonum Rege, apud Perpinianū, pedum oſculatione coluit: qui vix exorari paſſus eſt, tanta erat hominis peruicacia, vt ad Conſtantienſem Synodum proficiſceretur; & pontificiam dignitatem deponeret. In Concilio vero Conſtantienſi, cum omnium ordinum acclamatione Martinus V. in Pontificem electus fuiſſet, idem Imperator ſumma lætitia affectus, perfuſusq; lacrymis,

In Concilio Florentino. Romanũ Pontificē humeris extulit atque ſuſtinuit. Eugenius IIII. Imperatori Ioanni Paleologo, ne ante pedes ingenua procumberet, humanitatis cauſa prohibuit: licet illum ſinu & ore complexus, dextrã ei exoſculandam dederit. Imperatoris tamen clientes pedes Romani Pontificis oſculis contigerunt. Quod ſanè græci qui ſemper primas tenere, & inimicitiarum ſuſpicione, auctoritati pontificis derogare voluerunt, nunquam præſtitiſſent, niſi id, ius ratumq; fuiſſet maiorum ſuorum conſenſione & exemplo. Sigiſmundus quoq; Imperator, ſuſcepto Imperiali diademate, ad veſtigia Eugenij Pontificis prouoluitur, vt hæc carmina ſepulchro Pontificis inciſa teſtantur.

Eugenius iacet hic quartus, cor nobile, cuius
Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu, Cæſar vterq; pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta latinę,
Alter vt aurato cingat honore caput.

Tandem vt immenſa prætercam, Carolus V. Imperator cum optimis quibuſcumq; omniũ ſeculorum principibus comparandus, cum ex omnibus hoſtibus victoriam, triumphum, tropheа retulerit, Clementis VII, a quo Auguſtalia inſigna & ornamenta ſuſceperat, pedes amplectitur. Eius etiam virtutis & felicitatis ſucceſſor & hæres Philippus II. licet, tanta rerum & negotiorum mole præpeditus, coram & ante pedes obedientiam multis Roma-

nis

nis Pontificibus, quibus omnia felicitatis genera cupit & debet, præſtare non potuit; eam tamen per ſuos legatos præſtitit, quæ ſemper omnium fuit ampliſſima. Nam vt omittam cæteros à Rege tranſmiſſos, vnus Ioannes Fernandez de Velaſco magnus Caſtellæ Comeſtabilis, eam ad Sixtum V. habuit legationẽ, quæ & Pontifici, & toti Senatui gratiſſima, Hiſpano vero nomini magnificentiſſima extitit. Etenim præter nobiliſſimos viros qui cohoneſtandi cauſa vna cũ legato vrbem acceſſerant, eæ fuerunt in ea legatione laudis inſignia, honoris ornamenta, pompæ celebritas & magnitudo, vt nullus vnquam poſt hominum memoriam, æque ac noſter hic Ioannes, tantis & nobilitatis, & humanitatis, & virtutis luminibus, tantis auri, gloriæq; fulgoribus, Romæ colluxerit.

Ergo quis huic ſentẽtiæ tot Patrum ſuffragijs, tantorumq; regum auctoritate & exemplo comprobatæ obſiſteret, niſi mente lapſus, Chriſti iugum è ceruicibus repuliſſet? Cui ſi adiungamus ea, quæ in Pontificali & Ceremoniali Romano, titulo De coronatione Imperatoris leguntur, & in gloſ. l. 1. C. de Domeſt. & proteſt. libro XII. quæ à Reſtauro Caſtaldo adducuntur, omne noſtrum munus videbimur expleuiſſe. Nec me latet multa apud varios auctores reperiri, quæ ab alijs maioris induſtriæ, & ingenij viris colligi poſſunt, quæ ego libenter omiſi; nõ quaſi alijs ſcribendi occa-

ſionem præriperem, ſed ſtudij cauſa, vt eos ad ſimile ſtudium excitarem. Omnes tamen lectores exoratos vellem, vt ſi quidquam à me prætermiſſum aut neglectum aut minus explicatum videant, ipſi benignè & ſtudioſe conferant, vt ex multorum ſtudio, hæc vera & probata ſententia confirmetur.

CAP. XVIII.

Iure optimo à Romano Pontifice ſandalia cruce inſignita geſtari, aduerſus Papirÿ Maſſonis calliditatem.

RESTAT tandem, vt cum eis vltimam pugnam ineamus, qui crucem quam Romani Pontifices pedibus geſtant, ſibilis atq; conuicijs inſectãtur. Clamãt maximũ à Põtifice flagitiũ fieri, cũ Chriſti ſacratiſſimũ ſignũ quo frontes electorum ab Angelis teri, & conſignari debent, quod etiam honoris cauſa, numis inſculpi, capite deferri ſolet, ille in ſordido atq; abiecto loco conſtituat; vt potius ad ludibrium atq; deſpectum, quàm ad honorem poſitum eſſe videatur. De qua re opportune

tunc à nobis agendum eſt, cum ex illo adorantium more, communi omnium autoritate cõprobato, hic etiam de cruce deducatur.

Primum igitur quoniam Papirius Maſſo lib. 6. de epiſcopis vrbis, in vita Benedicti XII alienam perſonam indutus, de hac cruce calceis ſericis intexta diſſeruit; poſtulat ratio vt illius verba quaſi ex tabula recitemus, vt apertè quantum à ſenſu pij hominis abfuerit, doceamus. *Cæterum*, inquit, *quia locum quendam Iacobi Fabri prudentiſſimi iuris ad inſtitutiones Iuſtinianeas, vbi mentio Benedicti facta eſt, ſub illo enim Faber viuebat, initio huius elogij citauimus, placet eiuſdem auctoris verba quoque illa notare: Papa in verbis ſe dicit ſeruum ſeruorum ſe nominando de facto, tamen ſe adorari permittit, quod Angelus in Apocalypſi refugit. Videtur autem id dicere quaſi damnans conſuetudinem, moremque eorum qui demiſſiſſime procumbunt ad pedes pontificios, vt ſignum crucis in ſuperficie ſerici calcei intextum deoſculentur: qui mos an ſit antiquiſſimus neſcio, nondum enim omnia legi, ſed hoc ſcio conſuetudinem illam ciſalpinis populis minus probari quàm Italicæ genti, ad huius generis obſequia & demiſſiones natæ, illamque conſtitutionem Imperatorum Theodoſii & Valentiniani, quam Eudoxio præfecto prætorio ſcribunt, nõ erit, opinor, ſuperuacuum atque inutile huic loco intexere, ex libro primo codicis Iuſtinianei, ſeu pontifices volent ea teneri, ſeu nolent, paria enim ſunt in calceo crucem geſtare, atq; humi eam pingere.*

Cum ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni numinis religionem tueri: ſignum Saluatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pingere, ſed quodcumque reperitur tolli: grauiſſima pæna mul tando, eos qui cõtrariũ ſtatutis noſtris tẽtauerint, ſpecialiter imperamus. Dat. 12. cal. Iun. Herio & Ardabri Coſſ. Hęc Papirius.

Sed vt altius ordine naturæ ſeruato ordiamur, calcei mira arte elaborati atque exculti, quales ſunt Atticæ crepidæ, quæ teneras mol lesq; ſaltationes inflectunt, & amatorios motus inſculpunt, tamquam muliebria ornamẽta à Clemente Alexandrino lib. 2. pædagogi cap. 11. exploduntur: indigna planè quæ à fæminis, nedumquidem à viris deferantur. nullus tamen ea ornamenta iure culpauit, quę gloriæ ſunt magiſtratibus, quibus etiam totius reipub. ſtatus ac dignitas ornari ſolet. Qua de cauſa Tiberius Cęſar ſocculo aurato, vt ait Seneca lib. 2. de beneficijs cap. 12. immo aureo margaritis diſtincto incedebat, quo primum Imperatores ſunt vſi, vt muneris ſui dignitatem oſtenderet. Cæſar deinde Galienus, *compagum Regium*, vt loquitur Capitolinus, hoc eſt, caligas ex rubricatis pellibus purpureas, dignitatis cauſa deferebat; cuius exemplo, eodem calceamenti genere poſteriores Imperatores vſi fuerũt, vt ait Liutprãdus lib. 3. cap. 9. Hæc tamen ornamenta φοινικόχεια πέδιλα, φοινικᾶ, πέδιλα, dicebantur; quæ cũ Impera

torum

torum eſſent inſignia, manifeſte indicabant, eum qui hæc ornamenta ſuſceperat, ad Imperij habenas admotum fuiſſe: vt Zonaras in Michaele Theophilo, & Baſilio Porphirogenito copioſe deſcripſit. At vero Conſules poſterioribus ſeculis, labente Repub. non purpureis, ſed potius aureis, patritij vero ſericis calceis in publico vtebantur, vt Caſſiodorus lib. 6. in formula cõſulatus: *Lares, inquit, proprios etiam calceis auratis egrederei* & lib. 7. in Codicillijs patritiatus: *pinxit ſuras ſericus calceus iſte Romanus*. Carolus magnus vt veterem conſuetudinem retineret, teſte Eginhardo, Hadriani & Leonis Pontificum hortatu, calceos auro gemmiſque diſtinctos induit, cum id in maiorum conſuetudine poſitum ſciret.

Sed Patriarchæ Conſtantinopolitani, vt ſacerdotij præſtantiam atq; amplitudinem oſtẽderent, teſte Ioanne Curopolate in hiſtoria Iſaacij Comnenij, calceos cocco bis tinctos, maximóq; ornatu expolitos publice detulerũt, longe quidem diuerſos ab illis, quibus in ſacris peragendis vtebantur.

Romani vero Pontifices cum multa & dignitatis, & gloriæ inſignia à Conſtantino magno accepiſſent, quibus per longa tempora culti ſunt; Vdones quoque ex lineo candidiſſimo, ad pedes ornãdos acceperũt, de quibus in actis S. Syluestri: ὑδῶνις τε τουτέστι λευκοτάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι, id eſt, *Vdonibus ex cãdidiſſimo lineo ad pedes*, vti debere Pontifices,

Volebat enim Conſtantinus illos vel linteaminibus candidiſſimi coloris ornari, vel calceamenta candidiſſima deferre; more veterũ ſacerdotum & vatum, qui huiuſmodi calceamentis vtebantur; vt apud Herodianum lib. 5. legimus: *Antoninum more vatum eius regionis vbi ſacerdotio fungebatur, calceos candidiſſimos ex lino geſtaſſe.* Hoc tamen compertum habeo, ſandalia Romani Pontificis aliquo ornatu vel ſigno peculiari, ab alijs omnibus, quibus Epiſcopi inter miſſarum ſolemnia vtuntur, fuiſſe diſcreta: cum B. Antidius apud Segebertum anno 411. ex ſandalio quo Romanus Pont. erat ornatus, ipſum agnouerit. Sandalia vero inter inſignia Pontificum enumerari quibus ipſi in ſolemni ſacrificio vtuntur; docet S. Bernardus epiſtola 42. & Innocentius III. epiſtola decretali ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, Rupertus lib. 1. de diuinis officijs cap. 24. Iuo Carnotenſis epiſtola 76. & Sermone 3. de ſignificatione indumentorum, Rabanus lib. 1. cap. 22. & Durandus lib. 3. cap. 28. alijque quam plurimi.

Sed licet olim Pontifices hoc candidiſſimi ornatus genere vterentur, multis tamen abhinc annis, eam conſuetudinem intermiſſam fateri neceſſe eſt; cum iam lintea calciamenta frequenter in vſu Eccleſiæ Romanæ nõ ſint, ſed purpurea cruce omnium ornamentorum præcioſiſſimo intexta. Cuius rei duplex eſt caput; Alterum populorum reuerentia, Al-

terumPontificum perſona.

In primis Pontificum humilitas atque demiſſio hac vna in re maxime commendari debet, qui cum omnes populos communi voto, vt docuimus, ad ſuos pedes adorādos propenſos agnoſcerent, cruci Chriſti oſculationem potius quàm ſibi ipſis, tantum honorem deferri maluerunt, ut omnes Chriſtianos benigne ad oſcula pedum exciperent. Itaque vt expreſſam Chriſti imaginem referrent, & ſaluatoris paſſionem in hominum memoriam redigerent, cruce ſandalijs affixerunt, vt Chriſtiani homines eos honores, quos debitos & neceſſarios Pontifici deferebant, cruce perſpecta, alacrius exhiberent. Merito igitur Pontifex maximus, gentes quas ad ipſius pedes procumbere videbat, ad crucem Domini quam ſandalijs impreſſit, oſculandum traduxit; cum in totius eccleſiæ more, teſte Nicephoro lib. 17. cap. 15. ſit poſitum, non ſolum crucem venerationis cauſa oſculis petere, ſed etiam Chriſti & ſanctorum imagines capitibus & faciebus admouere; vt refert Zonaras tom. 3. in vita Theophili his verbis. περιλαμβάνουσα τὰς ἁγίας εἰκόνας σεβάζεσθαι καὶ προσκυνεῖν, καὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν ἐπετίθει, καὶ ταῖς προσόψεσι id eſt, *aſſumebat ſacras imagines colendas & adorandas, & capitibus & faciebus admouebat*. Sed de crucis adoratione cum abunde multis in locis Prudentius egerit, in Apotheoſi hoc ampliſs. ædidit teſtimonium.

can. 73. Syn. 6.

Iam purpura ſupplex
Sternitur, Æneadæ victoris ad atria Chriſti;
Vexillumq; Crucis ſummus dominator adorat.

Et lib. 1. contra Symmachum, totius Senatorij ordinis exẽplo, crucẽ adoratã memorat:

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro,
Signabat labarum, clipeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.
Ipſe ſenatorum meminit clariſsimus ordo,
Complexus pedes victoris, ad inclita flendo
Procubuit vexilla iacens, tunc ille ſenatus,
Militis vltricis titulum, Chriſtiq; verendum
Nomen adorauit, quod collucebat in armis.

Signum vero ſublime Romanorum in ſpeciem crucis Dominicæ formatum, quod Imperatorem Conſtantinum precedebat, & à militibus & ſenatu adorabatur, Labarũ dictum fuit: fortaſſe quia laborantibus aciebus ſubueniret, vel quia in eo deferendo exercituque luſtrãdo, milites qui illud alternis vicibus veherent, maxime laborarent: vt Paulus Diaconus lib. 11. hiſtoriarum, & Nicolaus I. ad conſulta Bulgarorum cap. 7. & 33. retulerũt, moremque in deferenda & oſculanda cruce vberius ennarrarunt. S. Paulinus Nolanus epiſtola. 42. cum de Chriſti Imperio ageret, ita habet:

Huic iam & potentes ſæculi curuant genu,
deduntque ceruices Deo.
Regemque Chriſtum confitentur principes,
& ſceptra ſubmittunt cruci.

Nec

Nec modo crucem Principes adorabant,illique ſceptra ſubmittebant, ſed etiam inſtrumenta paſſionis Chriſti, quibus ſalutaris hoſtia patri fuit immolata, demiſſius venerabantur; vt S. Ambroſius in oratione de obitu Theodoſij refert: *Ecce, inquit, clauus Chriſti in honore eſt; & quem ad mortem impreſsimus, remedium ſalutis eſt. Ferro pedum eius Reges inclinantur, Reges adorant, clauum crucis eius diademati præferunt Imperatores, & Ariani eius poteſtatem imminuunt.*

Sed ex altero capite Romani Pontifices expreſſam Apoſtolici muneris imaginem prætulerunt. Qui cum docendi vniuerſum orbem curam acceperint, & euangelizandi poteſtatem, pedum quoq; pulchritudine ornati ſunt ad pacem & euangelium deferendum, vt mundi & perfecti, crucis virtute, in toto orbe decurrerent. *Quam pulchri* (ait Eſaias) *pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* cap. 52. Miratur Propheta in quas terras euangelij præcones abierint, quam ornatis pedibus inceſſerint, quos Chriſtus ſua virtute abluiſſet; quanta lætitia perfuſſæ gentes, ad quas Apoſtolici viri talibus ornamentis inſignes acceſſerant; vt non ſolum illæ gratiam in nuncio atq; euangelio eſſe arbitrarentur, verum etiã totos pulchros ac ſpecioſos agnoſcerent, ad quorũ vſq; pedes ſpiritus ſancti virtus crucisque gratia decurriſſet. Solent enim externa quædam pedum ornamenta ad gratiam & ve

nuſtatem apponere, & ſpectantium conciliare animos, cum in eis nihil indecorum & molle conſpicimus. Ob quam cauſam ſponſus ſuam ſponſam commendabat, quod in calceamentis ſuis pulcherrimi eſſent inceſſus, quod illa in euangelij præparationẽ, non per vagas & ancipites vias, in compoſito aut molli greſſu, aut fractis paſſibus aberraret; ſed cum decore maximo, & externo quodam pedum ornatu incederet. Tertullianus libro de Habitu mulierum, cultum appellat, qui in auro, & argento, & gemmis, & veſtibus continetur; ornatum vero in habitudine partium corporis, quæ occulos trahunt, conſtituit. Vtrunque Apoſtolici viri, qui pacem cum Deo toti mundo conciliant, & euangelium pacis per legatos & epiſtolas quotidie euulgant, magna omnium admiratione aſſecuti ſunt. Nam vt muneris maieſtatem & pedum decorem oſtẽderent, & ſe ad euangelij predicationem expeditos ac promptos indicarent, crucem calceamentis addiderunt, vt non aprofanis rebus pulchritudinem pedum aucupari, ſed ex ipſomet officio & munere cultum & ornatum colligere uiderentur.

Præterea omnium Chriſtianorum fronti & pectori crux Chriſti infigitur, ne fidem erubeſcerent, vt ait Auguſtinus in pſal. 30. ſed ſuperato diabolo, tropheum in frontibus reportarent: Romani vero Pontificis pedibus imprimitur, vt crucis virtute fulctus, greſſus noſtros

inviam pacis ducat ac muniat. Qui cum totius gregis Chriſtiani ductor ac præceptor ſit, oportebat quidem ne pedibus aliquo incurreret aut laberetur; ne temere ipſe dux omnium lapſus, populum Dei in grauiſſimos errores præcipitem ageret. Quare vt Pontifex hoc ſacroſanctum priuilegium cruce Chriſti, in qua omnia myſteria & ſacramenta omnia continentur, (vt ait Auguſtinus Serm. 19. de ſanctis tom. 10.) ſibi donatum oſtenderet, pedes ſuos Chriſti cruce fulciuit; ne ipſe qui nobis viam monſtrat, & nos qui eius veſtigia ſequimur, aliquã aberrationem haberemus. *Non enim dat Dominus ſanctorum pedes in commotionem*, cum eorum animas ſeruet ad vitam cum in eorum ſanctitate, virtute, & exemplo vitã ſalusque omnium Chriſtianorum ſit poſita. *In commotionem*, inquit, εἰς σάλον, id eſt, in fluctuationem, ne omni vento doctrinæ ferantur; ſed immoti & ſtabiles, in pietate & vera religione perſiſtant. *Seruat enim Dominus pedes ſanctorum ſuorum*, vt cecinit Anna. 1. reg. 2. *dirigit greſſus*, vt ait Angelomus Monachus lib. 1. commentariorũ in libros Regum, *quia Dominus Apoſtolicos viros inter perſecutionum ſcandala conſeruat & tuetur, vt omnes ad illorum pedes tuto accedant; iuxta illud Deuteronomij 33. Qui appropinquat pedibus eius accipit de doctrina eius. A quibus omnia mpedimenta terrenarum cogitationum expelli Dominus præcipit, cum pedum puluerem excutere imperauit, ne prædicationis mu*

Pſal. 65.

Floruit anno 810.

neri

neri impedimentó forent; ne vlla hæreticæ prauita tis fece inquinati, ad prauum laberentur opus, aut à recta ratione deflecterent.

Quæ omnia cùm à paſſione Chriſti habeāt firmitatem, non abs re Pontifices, vt hanc myſticam intelligentiam ſignificare viderentur, crucem pedibus impreſſerunt; iuxta illud pſalmi 67. *Vt intingatur pes tuus in ſanguine, lingua canū tuorū ex inimicis ab ipſo.* Tunc enim pedes ſanguine tinguntur, cum cruce Chriſti decorantur, tunc linguæ canum ipſomet ſanguine imbuuntur, cum hæretici, more canum, veſtigijs ſummi ſacerdotis obuoluti pedes lābunt, veniam poſtulant, miſericordiam exorant, & ſandalijs impreſſam crucem oſculantur.

Qui mos vſque adeo vetus & firmus eſt habitus, vt nuſquam Romanum Pontificem depictum, aut marmore expreſſum, aut ære ductum videas; quin etiam præter infulam & ſacerdotij ornamenta, crucem pedibus appictam cernas: vt ex imaginibus venerandæ vetuſtatis, quæ in baſilicis Laurentiana & Vaticana multis ab hinc annis depictę ſunt, cōſtat.

Quare facile deducitur noſtros recentiores in ſummo errore verſari, cum hanc calumniā Romano Pontifici temere inurant. Nam ſi olim, vt ait Cyrillus in Iulianum tom. 3. aedium veſtibulis cruces appingebantur, & cęlitus miſſę veſtibus militum impreſſę fuerunt, vt Nazianzenus oratione 2. in Iulianum retu-

lit:

lit: eccleſia etiam vt morituris opem ferat, ſacro ſancto ſigno crucis pedes notat: beſtiarũ itẽ corpora, vt ait Seuerus ſanctus rhetor, carmine de mortibus bouum, & Chryſoſtomus, crucis forma ſignantur, domus, plateę fori, ſindones, promptuaria omnia, veſtes denique, vt ait Leontius Cyprius lib. 5. contra Iudeos, hac nota pinguntur, vt ſtatim Chriſti paſſionem in memoriam reuocemus; quod ergo dedecus, quod probrum Romanus Pontifex admittet, quam turpitudinis notam, quem pietatis neglectum, cum ſandalijs Chriſti ſacratiſſimum ſignum inducit? Quod ſane non ſolũ in memoriam redigit, quam primum pedes Pontificis cruce decoratos inſpicimus, vanas terrenaſque cogitationes eſſe calcandas, & ſubtiles animi perturbationes, quæ pedum nomine exprimuntur, affigendas cruci: verum etiã omnia, ſiue quæ in cœlis ſiue quæ in terra continentur, ſacratiſſimo ſigno, in quo Dominus noſter accerbiſſimos pertulit cruciatus, & ampliſſimum egit de hoſtibus triumphum, eſſe proſternenda. Quod ſane nuſquam alibi æque ac modo verius experimur, cum omnes ad Pontificis pedes ruant, & ad crucem oſculandam, communi voto præcipites ferantur.

in demonſtratione quod Deus ſit homo.

Ergo vt Papirio ſatisfaciam, decuit profecto virum doctum, ac vt arbitror probum, qui Pontificum vitas & facta conſcripſerat, non ita facile vnius Fabri teſtimonio, a communi totius eccleſiæ ſenſu dimoueri. Præſertim cũ

parum ab fuerit quin ipſequoq; Fabri ſenſum interpretatus, conſuetudinem procumbendi ad pedes exploſerit. *Videtur*, inquit, *quaſi damnans conſuetudinem*, quam licet Faber de triuio homo, parumq; in hiſtoria exercitatus damnaſſet, Papirius tamen minime damnare potuiſſet, cum Regum Francorum tabulas, & ſcrinia omnia euoluerit, vetuſtiſſimos libros excuſerit, in quibus Pipini, & Caroli, aliorũq; regũ aduerſus Pontifices obſequia, & procũbẽdi demiſsiones, quas nos ſuperioribus capitibus retulimus, deſcribuntur. Nec Papirius potuit morem ignorare antiquum quẽ nullus hiſtoricorũ, qui ea facta cõſcripſere ignorauit; immo quẽ ipſemet retulit in Benedicto xj. & Clemẽte v. alijſq; in locis, epiſtolarũ quas recitat, auctoritate ſubnixus. Niſi id ignorare ſe dicat, ꝙ ipſe nõ probat; ꝙ profecto de probo viro non credere, qui hiſtoriã hanc Romani Põtificis pedibus ſubijcit, poſtulãs illã ab eo qui Petri fidem & ſedẽ tenet, emẽdari. Itaq; ſi hęc obſequia & pedũ oſculationes admittat Papirius, neceſſe quoq; eſt, vt eam rationem geſtãdi crucẽ probet, quam Pontifices immo totus orbis Chriſtianus, admiſerũt. Quam vero fuerit vetuſtus hic mos deferendi crucem, certò mihi non liquet, ampliuſq; pronunciari a viris doctis deſiderarem: conijcere tamen poſsũ vetuſtiſſimum fuiſſe, cum in apſidibus & picturis muſiuis antiquiſſimis, Pontificũ pedes cruce inſignitos viderim. Inde enim ſatis firmũ ar-

gumen-

gumentum peti poſſe arbitror, cum picturę nobis quaſi viuæ imagines eloquantur, & veritatem viuis coloribus expreſſam referant. Neq; paria ſunt, vt ille ait, humi depingere cruces, an calceis intextas ferre: humi enim conculcantur & proterũtur, eaq; de cauſa illas humi depingere, vel ſolo inſculpere, cauit Imperator; ſed calceis geſtare nullo pacto prohibuit, cum minime proteratur aut conculcentur, ſed potius ex oſculandę porrigantur venerationis cauſa. Hęc habui O Papiri vir optime, quę piè & vt virum probum decet animaduerterem, vt in aliĳs editionibus hæc & alia emendares; quod te profecto ſpero facturum, ne tibi deeſſe, tantumq; opus tot vigiliĳs elaboratum, violare videaris.

Quæ rationes ſatis ipſæ per ſe viriũ habẽt apud catholicos, q. pietate & religione ad hãc veritatẽ amplectẽdã inducũtur; aliĳs, qui obſtinate dant operã, vt ſe ipſos mille errorũ generibus inuoluant, nihil mirum ſi neglectui ſint. Nam & Deus huius ſeculi, pater tenebrarum, eorum mentes excęcauit, vt ait Paulus, ne ipſis illuminatio Euangelĳ glorię Chriſti fulgeret: & ſe ipſi terrenis cogitationibus inhiantes, velut in curua ceruice animalia, prona atque ventri obedientia confixerunt, ne ſublime quicquam poſſent conſpicere, teſte Dauid pſalmo 68: *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua.* Quia, vt ait ſanctus Cyrillus, inclinati hæretici propter

nefa-

nefaria ſceleri, & ſola terrena reſpicientes, iure patrocinio Dei ab eis ſublato, ſublimia Chriſti, eiuſque ſponſę dogmata contemplari non poſſunt.

CAP. XIX.

Rationes hæreticorum diſſoluuntur.

QVARE vt noſtræ diſputationi finem imponam, hęreticorū argumenta diluenda ſunt, quibus miſerę plebeculę perſuadere contendunt, vniuerſalem eccleſiam, à Romano Pontifice, maximam, hac in re tyrannidem pertuliſſe.

Huius mali inter alios doctor ac propagator extitit Petrus Boquinus Biturigenſis, in ſua ἀποδείξει, vbi papatum à phariſaiſmo haud diſſimilem eſſe contendit. In quem cum à me alibi multa dicta & cōſcripta fuerint, & quā à recta & vera ratione diſceſſerit vberius demōſtratum, ſolum ſumma argumentorum capita attingam, vt eius futiles rationes aperiam.

Primum Cornelius Centurio prohibitus eſt ne Petrum adoraret, Ioannes in Apocalypſi cap. 19. & 22. præpeditus, ne ſe ipſum ab

Ange-

Angeli pedes proſterneret, quia eius fuiſſe conſeruum aſſerebat; ergo Romanus Pontifex, cum ſe ſeruum ſeruorum nominet, pati non debuit, ipſi hunc egregium adorationis cultum deferri. Quod plane argumentum vna litura deletur à B. Gregorio epiſt. 24. lib. 1. regeſti, vbi ſic habet:

Rurſus cum me ad conſiderandum confero, qualis in humilitate, qualiſque rector debeat in diſtrictione, perpendo quoniam neceſſe eſt, vt bene agentibus ſit per humilitatem ſocius, & contra delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus: quatenus & bonis in nullo ſe præferat, & cum prauorum culpa exigit, prioratus ſui poteſtatem agnoſcant: vt & honore ſuſpenſo, æqualem ſe ſubditis beneuiuentibus deputet, & contra in peruerſorum culpas, zelo Iuſtitiæ excreſcat. Hinc eſt namque quod Petrus auctore Deo, ſanctæ eccleſiæ principatum tenens, à bene agente Cornelio ſeſe ei humiliter proſternente, immoderatius honorari recuſauit, ſeque illi ſimilem recognouit, dicens: ſurge ne feceris, & ego homo ſum. Sed cum Ananiæ & Sapphiræ culpā reperit, mox quanta potētia ſuper cæteros excreuiſſe oſtendit? verbo namque eorum vitam perculit, quam ſpiritu perſcrutante deprehendit. Et ſummum ſe intra eccleſiā, contra peccata recoluit, quod honore ſibi vehementer impenſo, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Hinc communionem æqualitatis meruit ſanctitas actionis, illinc zelus vltionis vim aperuit poteſtatis. Hinc eſt quod Paulus bene Li.1.epi.24.

agen-

agentibus fratribus prælatum ſe eſſe neſciebat, ſed cum culpa quæ corrigi debuiſſet, inuenitur; illico magiſtrum ſe eſſe recoluit. Hæc Gregorius.

Qua de cauſa ſummi Pontifices viros ſanctitate conſpicuos, ſępe humilitatis cauſa prohibuerunt humi procubere, & pedes ſuos oſculis contingere; quia in illis, diuino afflati ſpiritu, diuinas præſenteſq; virtutes agnoſcebãt. Quod feciſſe Gregorium primum, auctor eſt Sophronius in prato ſpirituali cap. 151. his verbis: *Perreximus ad Abbatem Ioannem Perſam, narrauitq; nobis de magno Gregorio Beatiſſimo Romanæ vrbis epiſcopo dicens: cum iuiſſem Romam vt adorarem ſepulchrum ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſtaremque die quadam in medio Ciuitatis, audio Papam Gregorium per locũ illum tranſiturum; cogitaui itaque adorare illum. Cum autem prope me eſſet Papa, videretq; me progredi vt adorarem illum (loquor teſte Deo fratres) primus ipſe proſtrauit ſe humi coram me, neque ante ſurrexit quam me primo ſurrexiſſe cerneret.*

Lipo. tom. 7

Sed S. Gregorius prophetico ſpiritu ductus, Ioannem Abbatem eximia præſtantique ſanctitate hominem coluit, nec eum tot nobilitatum virtutibus ſe adorare paſſus eſt; cum tamen alios, non ita eximios virtute homines adorare permiſerit. Simili quidẽ cauſa Nicephorus patriarcha Cõſtantinopolitanus Theophanem confeſſorem, quẽ ſpiritu ductus agnouerat, cereis, incenſu & ſuffitu, eminus excepit, & proſecutus eſt, & flexis genibus adorauit; ut

Zona-

Zonaras in uita Leonis Armenij eſt auctor. B. Bartholomæus Monachus in uita B. Nili Abbatis (quam ex Monaſterio Cryptę ferratę excępi) narrat, Nilum Romam ad Gregoriũ V. & Othonem Imperatorem acceſſiſſe, & ab utroque ſplendide exceptum & ornatum. *B. Nilus, inquit, Romã petijt, vt Pontificẽ liberaret. Quod audientes Pontifex & Imperator ei ad Portam Aſinianam obuiam facti, ipſum medium ad ædes duxerunt, eius manus ſumma veneratione exoſculantes, rogarunt vt Romæ cõmorari vellet.* Quod etiam Gab. Barius francicanus lib. 5. de Antiquitate Calabriæ totidem verbis retulit.

Hæc tamen exempla veterem eccleſię diſciplinam à nobis copioſe demonſtratam minime euertunt, aut infirmant; cum perfecti viri qui virtutibus plurimum pollent, vel eccleſiæ gubernationi inſiſtunt & inuigilant; non ſemper ad pedes iacere, ſed quãdoq; ad Chriſti caput accedere dicantur, à B. Cyrillo Alexandrino in γλαφυροῖς, lib. 1. in Leuiticum, his fere verbis: *Ex tribus fœminis quæ Chriſtum contigerunt, triplex eccleſiæ ſtatus deducitur; nam quæ fimbriam veſtimenti tremebunda tetigerat, incipientium: quæ caput Chriſti vnguento perunxerat, perfectorum ſtatum expreſſit.* Et fortaſſe non abſurde Cardinalium conſuetudo, multis ab hinc annis conſtantiſſime ſeruata, ex hoc ſanctiſſimi patris teſtimonio defendi poteſt. Qui poſt vnam vel alteram pedum oſculationem, quam Pontifici Maximo in eius electione de-

fe-

ferunt tantum deinde manus, vel os, inter Miſſarum ſolemnia, cum ad ea celebranda conueniunt; oſculantur. Enimvero in his ampliſſimis patribus perfectorum ſtatus cõſiſtit, fides noſtra ſtabilitur, & totius Eccleſię fundamenta firmantur, cum ſuper eos totius orbis cura ſit poſita. Ne igitur abſurdum eſſet, eos in quibus pontificale oſtium, cęleſtiſq; ianua obuoluitur, ſemper ſupplicum more iacere, aut humiliationem pedum deferre (quod ab incipientibus & Cathecumenis fieri ſolitũ in eccleſia, docet Origenes in cap. 15. Matthæi, & Auguſtinus de fide & ſymbolo) merito patres relicta pedum oſculatione, caput Pontifici demittere, inclinare ceruices, corpus reuerentię cauſa inflectere, atq; incuruare ſunt ſoliti, vt illud oraculum firmiſſimum foret, *ſub quo curuantur qui portant orbem*. Iob. 9.

Angelus vero non permiſit Ioanni, vt ad ſuos pedes procumberet, quia ea forma ornatus apparuit, vt pro Deo facile potuiſſet adorari; ac propterea, vt ait Auguſt. quæſt. 61. in geneſim, corrigendus erat adorator.

Latria enim, vt dixi, ſoli Deo debetur, quam cum deferre voluiſſet Apoſtolus, obſtitit Angelus, nec illum hoc facere paſſus eſt. Huic B. Auguſtini ſententiæ, ſubſcripſit B. Remigius Epiſcopus Remenſis in cõmẽtarijs in Apocal. cuius copiã è manuſcripto exemplari trãſcripſi Senis, anno 1574. ex bibliotheca capitu-

pituli. Aſſentitur quoq. S.Thomas 22.q.84. & Cęlius Pannonius in collectaneis. Addidit tamen Andreas Cęſarienſis in huius loci explicatione, ideo ab adoratione Angeli Apoſtolum prohibitum fuiſſe, quia exiſtimabat quaſi ipſo nuncio, ipſoq; auctore, futurorum prædictionem factã: ſed de ijs alibi plura, reliqua proſequa mur.

Obijciunt præterea aduerſarij, Reges & Imperatores, ab Epiſcopis & Pontificibus adoratos fuiſſe, illiſque externo corporis cultu & reuerentia, venerationem exhibitam. Quod pręter nonnulla Apoſtolorum exempla, quæ ex Abdia lib. 6. de Simone & Iuda colliguntur, vbi eos ducis pedibus prouolutos cõmemorat, etiã ex Synodo ſexta vbi Pontifex legatos ſuos ad veſtigia Imperatoris tranſmiſit, & Leonis III. Pontificis exemplo conficiunt. De quo Aimoinius lib.4. de geſtis Francorũ cap. 90. hęc narrat: *Venienti Romam Carolo, Leo ad Nomẽtanum occurrit, quem cum magna veneratione ſuſcepit, & poſt cœnam, eo ibi permanente, ad vrbem præceſſit, ac in craſtinum in gradibus Baſilicæ S. Petri Apoſtoli, cum Epiſcopis & vniuerſo clero conſtitutus, aduenientem, equoque deſcendentem, Deo gratias agendo, ſuſcepit, ac in eccleſiam introduxit. vbi re diuina peracta, clamidem Auguſtalem, & coronam auream ei impoſuit; & populus vnite alta voce ter acclamauit, Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & piiſſimo Imperatori Romanorum,*

vita & victoria. Poſt quas laudes ab eodem Pontifice more antiquorum principum adoratus eſt. Ex quibus verbis negotium confectum putãt, nihilq́; amplius pronunciandum, cum grauiſſimi hominis teſtimonio tota huius difficultatis ratio concludatur.

Hæc tamen parum ponderis habent apud illos, qui veritatis, & non calumniandi ſtudio veterum facta conquirunt: pręſertim cum Apoſtoli Simon & Iudas, vt pietatem erga ſcęleſtiſſimos homines oſtenderent, & iratum Regis animum aduerſus impios ſacerdotes lenirent ac flecterent, ad eius pedes proſtrati veniam pro iniquis hominibus exorabant; dicentes: *Obſecramus Domine ne efficiamur nos cauſa interitus eorum, qui pro ſalute hominum huc miſſi ſumus, vt viuificaremus mortuos, non vt viuentes occidamus. Itaq; cum diu aſperſi puluere, prouoluti pedibus Ducis iacerent, mirabatur tanta lenitate & manſuetudine animi, pro impijs ſupplicaſſe.* Hæ quidem erant, in naſcentis Eccleſiæ initio, Apoſtolorum artes exercitationeſq; virtutum, vt nihil quicquam omitterent, quo animos paganorum conciliarent, atque ad veram religionem allicerent; vt copioſe lib. 1. de Poteſtate coactiua Pontificis cap. 6. diſſeruimus. Quam inſtituti rationem epiſcopi, cum infidelitatis mõſtra ex hominum animis propulſabant, in agendo & faciendo ſecuti ſunt, ne nouo exemplo populos à maiorum moribus & modo deducerent. Quod Symeonem

nem Seleuciæ Epiſcopum feciſſe legimus, qui Saporem Perſarum regem primum Chriſtianis rebus ſtudioſum adorauit, eundem deinde fidei hoſtem ac perduelem neglexit. Cuius rei extat exemplum apud Caſſiodorum lib. 3. hiſtoriæ tripartitæ cap. 2. *Symeon, cum ante Saporem regem ad torquendum introduceretur, neq; regis conſpectum timuit, nec adorauit. Pro qua re vehementius efferatus rex, inquiſiuit cur non adoraret; quippe quòd prius facere conſueuerat. Ad quę Symeon: prius quidem non vinctus adducebar, vt negarem veri Dei culturam, & nihil in hoc dubitans, quæ ſunt ſolemnia regis implebam; nunc autem fas non eſt hoc agere. Veni namque pro noſtro dogmate & pietate decertaturus.* Hæc Caſſiodorus ex Socrate. Ergo quamdiu ſpes fuit reges noſtram religionem ſuſcipere, aut eam minimè aſpernari voluiſſe; ante quam Epiſcoporum dignitatem & munus didiciſſent, ab eiſdem Epiſcopis omni officij & ſtudij genere colebatur: neglecta vero religione, negligebãtur quoque regum honores, quibus illi paulatim ad noſtram fidem pertrahebantur. Conglutinatis tamen poſtmodum animis, & virtutis & fidei pietate, & ſumma officijs Epiſcoporum conſtituta neceſſitudine; cognitaq; eorũ & virtutum & religionis dignitate, tunc quidem Reges non ab Epiſcopis adorari, ſed è contra illis ſponte omnia & honoris & ſtudij officia rependere, & inclinare ceruices, & colla ſubmittere, & de geniculis adorare volue-

runt. Quod planè ex B. Nili exemplo, vt apud B. Bartholomęum monachum legimus, aperte cõſtat. *Ad quem cum Imperator Otho acceſſiſſet, ei cum cruce obuiam perrexit, magnaque humilitate, ac pietate Cæſarem veneratus eſt, ac in coenobium introduxit. vbi cognita viri pietate ac religione, paſſus non eſt Imperator ſe à Nilo adorari: ſed contra Cæſar coronam in eius manu deponens, ab eo benedictionem poſtulauit.* Quare vix perſuaderi poſum Aimoinium veterem Gallorum ſcriptorem, præter omnium auctorum fidem, qui eiſdem Caroli temporibus floruerunt, affirmare voluiſſe, Carolum à Pontifice maximo dimiſſis in terram genibus, ſuppliceq; dextra adoratum; ſed potius ſalutatũ aut renunciatum Imperatorem. Qua ſignificatione plerosq; antiquorum vſos fuiſſe compertum eſt, veluti Conſtantinum. L. 2. de Fabri. C. lib. 12. & Zenonem L. ſancimus C. de conſul. & non ſpargen. pecunia eodem libro: vt annotauit Prateius, qui eodem ſenſu & ſignificatione verbum hoc adorare, apud græcos vſurpatum memorat. Sic legati ad veſtigia acceſſiſſe dicuntur, id eſt, magna cum humilitate Pontificum epiſtolas exhibuiſſe Imperatori, vt huius ſtudij & officij cauſa illius animum ad veram rationem allicerent, & fluctuantem in vera fide & religione confirmarent. Quod eo conſilio feciſſe Gregorium, in multis epiſtolis ad Imperatorẽ Mauricium arbitramur.

Ergo

Ergo recte ſenſus Aimoinij cõſtat, poſt clamorem & conſonam vocem multitudinis, eiſdẽ votis & precibus, more maiorum à Pontifice Romano in auguratum, renunciatum, ſeu ſalutatum fuiſſe Imperatorem; vt eum maiori ſtudio coleret mnltitudo, in quem Pontificis auctoritas tanta beneficiorum teſtificatione acceſſiſſet.

DE

DE LEVATIONE
SEV PORTATIONE
ROM. PONTIFICIS.

IOSEPHO STEPHANO
Epiſcopo Veſtano Auctore.

AD ANTONIVM CARAFAM
Cardinalem Ampliſſimum.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. *D. Antonio Cardinali Carafæ.*

NVmquam de alijs tam magnifice & ſplendide dici potuit Cardinalis, quin id virtus tua, religio, doctrina, animi deniq; magnitudo non ſuperet. Vnum hoc tamen, inter ſumma omnium virtutum ornamēta pręcipuum, ac ſingulare in te ſitum arbitror; quod ad benefaciendum & ornandum, tum, quę eſt tua pietas, ad iacentes ac afflictos leuandos, natus eſſe videaris. Quę cum ſæpe beneficio expertus ſim meo, ne immemor eſſem, neuę tua in me officia benigne collata ſilentio obtegerem, munus hoc, craſſo, vt aiunt, filo contextum, neq; enim aliud ex meo rudi ingenio proferre potui, tibi offero. Exiguum ſane opus, & tuis in me beneficijs indignum, ſed eius tenuitatem tuę humanitatis magnitudo ſubleuabit, ornabit auctoritas. Vale. Veſtis 16. Kalen. Aprilis. 1587.

Tuæ amplitudini deditiſſimus.

Ioſephus Epiſcopus Veſtanus.

DE

DE LEVATIONE SEV PORTATIONE ROM. PONTIFICIS.

CVR ROMANVS PONTIFEX humeris deferatur.

NOn eſt alienũm ab ijs quæ diximus, vt de leuatione Pontificis diſſeramus. Nã veteres rerũ ſcriptores, vt aliquẽ in Regem vel Imperatorẽ electum ſignificent, leuatum dicũt; ita Claudianum loquutum arbitror:

Sed mox cum ſolita miles te voce leuaſſet.

Fuit vero id moris, non barbararum tantũ gentium, ſed ipſorum quoq; Romanorum, vt quem Imperatorem facerent, eum in altum tollerent, & in humeros efferrent. A. Marcellinus lib. 22. de Iuliano à Gallicanis militibus renunciato; *impoſitus*, ait, *ſcuto pedeſtri, & ſublatus eminens, populo ſilente Auguſtus renunciatus, iubebatur diadema proferre.* Corn. Tac. lib. 20. *impoſitusq; ſcuto, more gentis, & ſuſtinentiũ humeris vibratus, dux eligitur.* De Gothis Caſſiod. lib. x. epiſt. 31. *Indicamus parẽtes noſtros Go*

thos inter procintuales gladios, more maiorum ſcuto ſuppoſito, regalem nobis contuliſſe, preſtāte Deo dignitatem, vt honorem arma darent, cui bella opinionē pepererant. Ado Viennenſis de Clotharij filijs ſcribens: *Sigibertum contra Chilpericum fratrem profectum à Francis more gentis, clipeo impoſitum, regem eſſe conſtitutum.* Capitolinus in Gordianis: *propere ventum eſt ad oppidum Tyſdrum, inuentusq; ſenex venerabilis iacens in lectulo, qui circunfuſus purpura, humi ſe abiecit, ac detrectans eleuatus, & Imperatorem ſe appellari paſſus eſt.* Herodianus lib. 7. *Erat puer quidam infans ex Gordiani filijs natus, nomen aui referēs: hunc ſubmiſſis quibuſdam, afferri ad ſe iuſſerunt, qui cum domi ludibundum offendiſſent, impoſitum in humeros, per mediam ferebant multitudinem, plebi oſtentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, vocantesq; eum nominatim, populo acclamante, & conſpergente puerum frondibus.*

Eiſdem quoq; temporibus non modo principes leuabantur, ſed etiam Vrbis præfecti, vt ſuum faſtigium altius tollerent, carpento vehebantur, & eos iam aduentare, publica voce præconis denunciabatur. Symmachus lib. 1. *præcedebat præco aduenire præfecturam vbiq; denuncians.* Caſſiodorus lib. 6. form. 4. *Carpento veheris per nobilem plebem, publica te voce comitantur; fauores gratiſſimi conſona tecum voce procedunt.*

Pontifices vero Romani qui in ęterna vrbe ſummam auctoritatem diuinitus gerunt,

vt ſuam dignitatem oſtenderent, olim vehiculis per vrbem deferebantur, circunſpectè veſtiti, vt A. Marcellinus lib. 27. in Damaſi & Vrſicini contentione, narrauit: *Neque ego abnuo, oſtentationem rerum conſiderans vrbanarũ, huius rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere: cum id adepti futuri ſint ita ſecuri, vt ditentur oblationibus matronarum, procedántque Pontifices vehiculis inſidentes, circunſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas adeo vt eorum conuiuia regales ſuperent menſas.* Quo planè tempore infelix ille Prætextatus iam conſul deſignatus, cum Epiſcopatus amplitudinem conſulatui prætuliſſet, homo quidem ſacrilegus & idolorum cultor, ſolebat, vt ait Hieronymus tom. 2. epiſtola ad Pammachium, *ludens B. Papæ Damaſo dicere; facite me Romanæ vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus.* Ex quibus verbis liquido conſtat, in vrbe, Romani Pontificis dignitatem, etiam principum virorum oculos pellexiſſe, cum omnes reipub. magiſtratus huic vni magiſtratui cederent: vt Caſſiodorus lib. 10. per varias epiſtolas docuit.

Fuiſſe verò veterum ſacerdotum morem, vt carpento ob muneris amplitudinem veherentur, auctor eſt Tacitus lib. 12. *ſuũ quoq;*, ait, *Agrippina altius tollere, & carpento capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus, & ſacris Druidibus antiquitas conceſſit, venerationem augebat faminæ.* Id planè virginibus in vſu fuiſſe, liquidò

ex

ex Artemidoro lib. 1. de inſomnijs conſtat, & præcipue veſtalibus, quæ comitatu & pompa miniſtrorum circumfuſa lecticæ, publicè deducebantur: vt narrat S. Ambroſius lib. 1. epiſt. ad Valentinianum.

Romani vero Pontifices præter vehicula & carpenta, quibus publice per vrbem deferebãtur, geſtatoriam quoque ſellam habuere; quã lecticarij homines, ſuis humeris ſuſtinebant. Quod præter Euuodij locum, in V. Synodo, vbi Apoſtolicæ confeſſionis ſellam fuiſſe commemorat; ex ordine Romano vetuſtiſſimo, ante Gelaſium papam conſcripto, ſatis in aperto eſt; vbi ſic legitur: *Cum vero eccleſiam introierit Pontifex, non aſcendit continuo ad altare, ſed prius intrat ſecretarium ſuſtentatus à diaconibus, qui eum ſuſceperunt de ſellari deſcendentem*. & alibi: *Diacones eum deſcendentem de ſellario accipiunt obuijs, vt aiunt, manibus: vbi dum venerit & in ſella ſuá ſederit, diacones ſalutato Pontifice egrediuntur de ſecretario*. & alibi: *Sellam Pontificis cubicularius laicus deportat, vt parata ſit, dum in ſacrario venerit*. paulò poſt: *Pontifex prius intrat in ſecretariũ ſuſtentatus a Diaconibus, qui eum ſuſceperant de Sellario deſcendentem, vbi dum venerit ſedet in ſella ſua*. Hæc eadem ordo Romanus multis in locis, & eiſdem fere verbis inculcat.

Quid vero ſit ſellare, licet à multis dubitatum hactenus fuerit, credo tamen, ni fallor, huius vocis lucẽ inueniſſe, cũ in veteri gloſſario

hæc uox, ex greco aperta ſignificatione explicetur. δίφρος, Sella, διφροφόρος, Sellarius. Hæc gloſſarium. διφροφόρος, apud probatę fidei auctores, ferentes ſellas curules dicuntur; quemadmodum δίφρος, apud Plutarchum in Galba, & in Problematibus Romanis, ſellam curulem ſignificat. In Etymologico græco. *δίφρος, dicitur, παρὰ τὸ δύο φέρειν, quod à duobus deferatur, eſtq. genus ſellæ vel Regij throni atq. con ſenſus, apud Menandrum, & Homerum. ſic διφροφόροι, ſunt illi qui ſellas curules deferunt, vt moris erat apud Perſas, teſte Herodiano, apud quos eæ geſtationes in vſu fuerunt, quæ à duobus lecticarijs fierent.*

Conſtat igiturPontificem maximũ à Sellarijs, id eſt, lecticarijs hominibus per urbem, inSellari, id eſt, in ſella curuli inſigni delatum fuiſſe, & ab eo deſcendentem obuijs manibus, ut ait ordo Romanus, exceptum. Quod multorum Pontificum exemplis aperte demonſtrari poteſt. Nam Stephanus II. ut refert Platina, & Franciſcus Ioannetus cap. 90. humeris in Baſilicã Conſtantianã, & inde Lateranã delatus eſt: Et Hadrianus II. Lateranenſem eccleſiam a clero & proceribus deportatus; ut habetur diſt. 63. cap. *CũHadrianus ſecundus ad Romanum pontificatum ab eccleſia Dei genitricis Dominæ noſtræ quæ dicitur ad præſepe, traheretur ad Lateranenſe patriarchium; certatim a clero & proceribus, & plebe deportatus eſt.*

Leo etiam VIII. cum ſummus & uniuerſa-

lis

lis papa Romanę Eccleſiæ tertio fuiſſet accla-
matus, ad Lateranenſe palatium, *ſecundum con*
ſuetudinem cum laudibus ducitur, ut ait Liutpran
dus lib. 6. cap. 11. *& certo tempore, in Eccleſia*
S Petri ad ſummum ſacerdotium, facta conſecra-
tione attollitur. Gregorius IX. gēmis auroq; cir
cumtectus, ad Lateranum ducitur.

Quod plane cuiquam mirum uideri nō de
bet, cum ab Eſaia hæc Pontificum celebris ge
ſtatio prædictà iàm fuerit, cap. 49. *& afferent*
filios tuos in vlnis, & filias ſuper humeros porta-
bunt. ea quidem cauſa, quia in magno pretio
à mundi principibus futuri erant eccleſię præ
ſides, nec aliquod honoris, ſtudij, officijque ge
nus, ab illis prætermiſſum, quod eccleſię ma-
giſtratibus conſonum videretur. Accidit huc
ideo Pontificem in altum deferri oportere, ut
populum oueſq; Chriſti ſibi creditas circun-
ſpicere, eiſq; fauſta præcatione benedicere; &
populi rurſum illum in ſublimi loco pręſiden-
tem commode ſpectare, & ex uultu paſtorem
poſſent agnoſcere: ut inde proteſtationem fi-
dei conciperent maximam, quoties aſpicerēt
Chriſti Vicarium, & Petri in eo quaſi throno
gloriæ ſucceſſorem.

DE CORONATIONE ROM. PONTIFICIS LIBER.

AD *ANTONIVM CARDINALEM* *Caraſam*.

AVream Coronam omnes principes, vt imperij maieſtatē oſtenderent, honoris cauſa capite geſtarunt. Primum Dauid, qui ante Homerum & omnes veteres ſcriptores regnauit, coronam auream vt lib. 2. Reg. cap. 12. legimus, talenti pondere, gemmis precioſiſſimis illuminatam, ex vrbe Ammonitarum, quam bello ſubegerat, geſtandam ſibi ſumpſit. *Congregauit*, inquit ſcriptura, *Dauid omnem populum, & profectus eſt aduerſum Rabbath, cumq; dimicaſſet, cepit eā. Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas, & impoſitū eſt ſuper caput Dauid.* Cyaxares Medorum Rex (vt ſcribit Zonaras tom. 1.) filiam pulcherrimam ad Cyrum miſit cum aurea corona, quam capiti impoſuit, & totam Medi-

cam prouinciam pro dote dicauit. Romani in triumpho auream coronam deferebant; vt Gellius eſt auctor: quod profecto abſurdum videretur, cum hiſtorici omnes, lauro, Imperatorem qui triumphum agebat, redimitum & ornatum memorent; niſi nos Tertullianus in Corona militis, ab hac dubitatione eximeret: Triumphi, inquit, *laurea folijs ſtruitur, aduerſus lamniſcis inauratur lamulis.* Plinius lib. 21. cap. 3. lamniſcatas coronas ſiue radiatas, folijs aureis & argenteis conſtructas, fuiſſe memorat. Zonaras tom. 11. triumphi pompam deſcribẽs, duas coronas inter triumphandum geſtari refert; lauream vnam quam victoribus imponebant, auream alteram gemmis radijsq; interpolatam, quam publicus miniſter, qui eodem curru vehebatur, ſupra caput Imperatoris tenebat; de qua Iuuenalis Satyra 10.

Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit vlla,
Quippe tenet ſudans, hãc publicus, et ſibi conſul
Ne placeat, curru ſeruus portatur eodem.

Hanc vero radiatam coronam colori arcus cæleſtis ſimilem fuiſſe, vt diuinitatis ſpecimen indicaretur; auctor eſt Velleius Paterculus lib. 2. de Octauio Cæſare loquens: *Aduentanti Romam immanis amicorum occurrit frequentia; et cũ intraret vrbem, ſolis orbis ſuper caput eius curuatus, æqualiter rotũdatusq; in colore arcus, velut corona tãti mox viri capiti imponẽs cõſpectus eſt.* Suetonius in Aug. cap. 94. *Videre viſus eſt filiũ*

mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine & ſceptro, exuuijſq. Iouis Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatum currum, biſſenis equis candore eximio trahentibus. Plinius in paneg. *Horum vnũ ſi prę ſtitiſſet alius illi iam dudum radiatum caput, & media inter Deos ſedes auro ſtaret, aut ebore.* Incertus auctor Panegyrici Maximiano dicti: *Trabeę veſtræ triumphales, & faſces conſulares, & ſellę Curules, & hæc obſequiorum ſtipatio, & fulgur, & illa lux diuinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamẽta meritorum pulcherrima & auguſtiſſima.* Latinus etiam Pacatus in Panegyr. *Olim ſeueri credidere maiores Caſtoras geminos albentibus equis, et ſtellatis apicibus inſignes, puluerem cruoremque Theſſalicum æquis Tyberis abluentes.*

Coronas etiam capitibus ſtatuarũ additas fuiſſe, Ammianus Marcellinus lib. 17. de obeliſco loquens. *Ei ſphera ſuperponitur ahænea aureis laminis nitens: qua confeſtim vi ignis diuini contacta, ideoque ſublata facis imitamentum, in figura æreum ibidem in auro imbracteatum, veluti abundanti flamma canentis.* Ibidem lib. 25. *Maximiani ſtatua Cęſaris locata in veſtibulo regiæ, amiſit repentè ſpheram æneam formatam in ſpeciem poli quam geſtabat.*

Ex quibus planè teſtimonijs collegit Lazius lib. 9. Commentariorum Reipub. Romanæ, fluxiſſe apud maiores noſtros morem illum, quo ſanctorum imagines in templis cum ſolari corona formantur; præſertim cum ijs radia-

tis coronis ſplendidiores appareant, diuinitatiſque ſpecimen occulis intuentium exhibeant. Sed licet curioſius inde petitam conſuetudinem fingendi formandique radiatos ſacrarum imaginum vertices, abſurdum videri non debeat; magis tamen veritati conſonũ arbitror, ab ipſomet lumine quo ſæpe ſanctorum facies enitebat, hanc conſuetudinem deſcendiſſe; nam vt ait Abdias lib. 5. & Euſebius lib. 2. hiſtoriæ, ſæpe Apoſtolos ingens lux circumfulſit vt eam nullus aſpectus ferre poſſet, exemplo Moyſi, cuius facies ex Dei congreſſu fulgebat.

Ergo vt ad inſtitutum regrediar, olim Perſarum Reges tiaram rectam capite geſtabant, quam στέφανον νικητήριον appellat Zonaras. Apud quos lex erat (vt ait Dion Chryſoſtomus oratione 1. de libertate & ſeruitute) vt capitalis eſſet is, qui eam ſibi capiti imponeret. Gentium quoque ſacerdotes coronas capitibus deferebant vt decus illud oſtenderent, quod maxime ad ſacerdotij præſidium ſplendoremque ſpectare videretur. Vnde veteres admirati ſunt ſacerdotem Comanorum in Ponto, cui, vt à Strabone litteris proditum eſt; maximus ſecundum regem honos habebatur, & regiũ diadema geſtare licebat. Præterea in Emeſa vrbe Pheniciæ, ſacri viri qui ſacerdotio fungebantur tunicas intextas, manicatas, ad talos vſque demiſſas deferebant, & capite coronam pretioſorum lapidum, variegatis coloribus

M 2 fulgen-

fulgentem, honoris cauſa geſtabant. Quem ornatum Antoninus Cæſar, qui ex Solis ſacerdote, militis turba, Imperator Romanorum electus eſt, inter ſerias grauesque cauſas retinuit, vt Herodianus lib. 5. teſtatur: *Antoninus Cæſar ex Syria profectus, Nicomediæ hiemauit, & ſtatim cultum patrij numinis celebrare cœpit: purpura auroque redimitus & coronas ſuſtinens ad tiaræ modum, auro, lapillisque preciosis inſignitas, forma habitus inter Phœnicum ſtolam, & Medorum amictum.* Poſtea vero Conſtantinopolitani Imperatores inter triumphandum, hoc ornamenti genus vſurparunt, quod tuphum, dixere, vt in vita Baſilij Porphirogeniti legimus. κατήγαγε θρίαμβον κινωθεὶς ὀρθίᾳ, ἣν τοῦφαν καλεῖ, id eſt, *Triumphum duxit tiara recta, quam illi tuphum appellant.* Sed illud nonnulli recentiorum Calyptram dicunt, auctore Nicephoro Gregora lib. 6.

Noſtri vero Pontifices maximi, cum duplicem perſonam ſuſtineant, duplici etiam dignitatis cauſa, corona ornantur, vt Innocentius III. Serm. 3. de coronatione Pontificis, confirmauit: *Eccleſia ſponſa non nupſit vacua, ſed dotem mihi tribuit abſque pretio preciosam, ſpiritualium plenitudinem, & latitudinem temporalium: magnitudinem & multitudinem vtrorumque. In ſignum ſpiritualium, contulit mihi mitram,* (loquitur enim de ſe)

de ſe Innocentius Papa) *in ſignum temporalium, dedit mihi coronam, mitram pro ſacerdotio, coronam pro regno, illius me conſtituens in vicarium, qui habet in veſtimento, & fœmore ſuo ſcriptum, Rex Regum et Dominus dominantium.* *Apoc. 9.*

Sed age nunc de mitra, & de regia corona aliquid dicamus, vt quantum Eccleſiaſticis moribus hæc ornamenta accommodata videantur, breuiter explicemus.

Mitra igitur apud Suidam, ἀνάδημα κεφαλῆς, capitis redimiculum dicitur, & l. 28. ff. de auro & argen. legat. vt explicat Briſſonius. Apud Euſebium libr. 2. capit. 1. πέταλον, ſiue lamina nominatur, qua Iacobus frater Domini ornatus eſt, quam primum ab Apoſtolis in Epiſcopum Hieroſolymitanum fuit conſecratus. Quod plane ornamenti genus, licet ab Aaron, & eius filijs originem duxerit, poſtea tamen in eccleſiam translatum eſt, vt eo omnes, omnium fere nationum epiſcopi, vterentur. Polycrates Epheſinus laminam geſtauit, vt ait Euſebius lib. 3. cap. 31. cum Epheſi ſacerdotio fungeretur. Alij quoque Pontifices omnia fere ſacerdotum veterum ornamenta, talarem tunicam, ſtolam ſeu ποδήρη, cœleſtem gloriæ coronam, hoc eſt, Mitram, apud Euſebium libr. 10. cap. 4. geſtabant, vt ornatiores & inſigniores apparerét,

 & de

& de iis plura Amalarius, Rabbanus, & alij graviſſimi auctores docuerunt.

Sed hæc quidem quæ de mitra dicuntur, multorum hominum conſenſione recepta ac cōprobata ſunt; quæ vero de regno ſeu regia corona explicari debēt nōnullis ſunt tenebris inuoluta, quę pro ingenij tenuitate diſſoluā.

Primum igitur omnes communi ſententia exiſtimant, hoc ornamenti genus, à Conſtantino magno originem duxiſſe, vt ex actis B. Syluestri colligitur. Quam ſententiam omnes Pontifices amplectuntur, vt Leo ix. epiſt. aduerſus præſumptionem Michaelis cap. 13. & Innocentius III. ſer. 1. de B. Silueſtro confirmauit: *Conſtantinus ſecedens Byzantium, coronam capitis ſui voluit B. Sylueſtro conferre, ſed ipſe pro reuerentia clericalis coronæ, vel vtilitatis cauſa, noluit eam portare. Veruntamen pro diademate regio, vtitur auri frigio circulari*: & paulò poſt: *Romanus itaq; Pontifex in ſignum Imperij, vtitur regno, & in ſignum Pontificij, vtitur mitra; ſed mitra ſemper & vbiq; vtitur, quia Pontificalis auctoritas eſt prior, & dignior, & diffuſior quàm Imperialis.* Arbitror tamē coronā illā, ſiue diadema quæ ſola cingebat tempora (cuius Plutarchus in vita magni Pompeij meminit, & in vetuſtiſſimis numiſmatibus exprimitur,) ob reuerentiam clericalis coronæ, à Sylueſtro Pontifice reiectam fuiſſe; cum dedecus videretur, raſo capiti diadema imponere, vel apertū & ad cutem vſq; detōſum; vitta purpurea cingere. At verò

Sylue-

Sylueſter Pontifex Phrygium circulare geſtã-dum ſibi ſumpſit, id eſt, Phrygiam tiaram, vt Iuuenalis Satyra. 6. ait;

Et Phrygia veſtitur bucca tiara.

Vel illud ornamentum ex Phænicia, vel ex Phrygia vſurpatum, amborũ enim idem erat ornatus; quia Phryges, vt Herodianus eſt au-ctor, à Phænicibus origenem duxerunt. Phry-gium enim ornatum atq; depictum dicitur, & Phrygia veſtis picta, eiuſq; artifices Phrygio-nes appellantur, apud Non. Marcellum. Hoc vero Phrygium ex auro confectum, circulari-que forma preditũ, idem cum tiara recta eſt, vt ex eiſdem S. Sylueſtri actis tamquam ex cer tiſſimis tabulis conſtat. Nam cum omnia or-namenta enumeraſſet Imperator, quæ dono contulerat Pontifici Sylueſtro, & in Prygij vo cem incidiſſet, fortaſſe multis obſcuram, eam explica uit, vt omnibus innoteſceret, de qua re eloqueretur. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ φρύγιον τουτέστι κάλυ-πτρὸν ἢ τὴν μίτραν οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπώμιον, ἤγουν, τὸ λῶ-ρον, ὅπερ εἴωθε τὸν βασίλειον περικυκλοῦν αὐχένα, Simili-ter, inquit, *& Phrygium, nempe tegmen ca-pitis ſiue mitram; atque ſuper humerale, nẽpe Lo-rum quod imperatoris collum ſolet obnubere.* Ergo conſtat mitrã dictã fuiſſe Phrygiũ & à Loro di ſtinctã; cũ mitra propria Phrygũ, eſſet, vt poeta:

Et tunicę manicas, & habent redimicula mitræ.

Sed codex quidam latinus ſatis vetuſtus ha bet, *Pileum, vel mitram, Phrygium: nec non & ſu-per humerale, videlicet lorum.* vt notat Aug. Eu-

M 4 gubi-

gubinus de donatione Conſtantini.

Theodorus Balſamon has voces parum di-ſtinguens, multis errandi anſam præbuit. Qui cum Phrygium & lorum obſcure cōfunderet, neſcio quā inde recētiores opinionē excogita runt de pallio, quo Archiepiſcopi, Rom. Pon tificis auctoritate, induuntur; quaſi Phrygium idem eſſet cum pallio & loro: quę minus aptè videntur conuenire hiſtoriæ, quā Nicephorus lib. 14. cap. 34. de B. Cyrillo cōſcripſit. Eſt. n. lorū idē fortaſſe cū ſtola & pallio, quod Alexā drini Patriarchæ ex collo defuncti accipere conſueuerant, vt narrat Liberatus cap. 20. ſui Breuiarij, & Ant. Auguſtinus in Epitome Iu-ris veteris lib. 2. tit. 3. Phrygium tamen nihil quicquam commune habet cum pallio; vt ex veteri picturaS. Cyrilli Alexandrini, qui Phry gium à Celeſtino acceperat, luce clarius per-ſpicitur.

Alij auctores non ad Conſtantinum, ſed ad Clodoueum huius coronę originem reuocāt, vt ex Segeberto Anno Domini 550. colligere contendunt. *Clodoueus rex*, ait Segebertus, *ab Anaſtaſio Imperatore codicill os de conſulatu, & co ronam auream cum gemmis, & tunicam blacteam accepit, & ea die conſul, & Auguſtus appellatus eſt. Ipſe vero Rex miſit Romam ſancto Petro co-ronam auream cum gemmis, quæ regnum appella-ri ſolet.*

Aimoinius lib. 1. capite 24. idem pror-ſus

ſus affirmat, & Anaſtaſius bibliothecarius ſub Hormiſda Pontifice, multa dona B. Petrum accepiſſe teſtatur. Apud quem Conſtantinũ II. Pont. Max. Anno 766. in S. Petro coronatum legi, & Philippum I. Papam, eodem anno, conſecrationem & coronationem accepiſſe. Sed veteres ſcriptores conſecrationis nomine coronationis ritum amplectuntur: nam cum multi Carolum Magnum in Imperatorem cõſecratum referunt, eum populi applauſu coronatum fuiſſe ſignificant, & ſub ea voce, etiam coronationis ritum intelligunt. Vnde facile colligi poterit, coronationem Pontificis à priſcis temporibus originem duxiſſe: cum anno 683. ſub Agathone I. & Benedicto II. fuerit abrogata conſuetudo, quia pecuniam pro conſecratione Pontificis dare, vel aſſenſum conſecrandi & coronandi ab Imperatore expectare oportebat. Eugenius II. Anno 824. 11. Kal. Iunij, coronatus eſt. Benedicto Anno 855. corona impoſita. Formoſus I. papali corona, Anno 891. inſignitus. Sed poſt Clementem II. Anno 1044. auctore Panuinio, omnes Pontifices coronationis inſignia acceperunt: vt inde veriſſimè ab Iſaia cap. 61. vaticinatione prędictum agnoſcamus, ſacerdotes veſtimentis ſalutis indutos, & quaſi ſponſos corona decoratos fuiſſe. Quem locum aperte Aquila tranſtulit, ἱερατεύοντος στεφάνῳ, id eſt, eum conſtitutum eſſe Pontificem

qui

qui in ea ſacra dignitate, coronam capite deferret. *Erit,* inquit, cap. 12. *in die illo, vocabo puerum meum Eliachim, filium Elchiæ, & induam illum ſtola, & coronam dabo ei.* Corona ſymbolum eſt Imperij, ſtola ſignum œconomiæ, quæ varia eſt in domo Domini. Subiungit Propheta ex interpretatione Euſebij, *Imperium & œconomiam tradam in manus Eliachim,* vt cum omni auctoritate & poteſtate preeſſet Pontificatui, in regno Iuda. Sic in Apocalypſi cap. 14. filius hominis corona aurea inſignitus, nube innixus apparuit. & cap. 19. Verbum Dei equo albo inſidiens, & multis diadematibus (quibus ſe ſuoſq; coronaret) decoratus viſus eſt à Ioanne; ea quidem cauſa (vt ait Anſelmus) quia ob ſummam ſapientiam, quæ per aurum exprimitur, victoriam de omnibus reportauit, & ſuo fidei Imperio ſubegit. Sic etiam Pontifex maximus, qui omnibus auctoritate præeſt, gẽtes, populos, tribus, & nationes ſua auctoritate ſubiecit; vt Chriſti poteſtati ſubiugaret. Qua de re meritò triplicem coronam capiti aptauit Pontifex maximus, vt ſe alijs regibus gloria, auctoritate, rebus geſtis, ſuperiorem oſtenderet.

Ex LXX. interp.

Poſt omnes Pontifices, noſtro ſeculo Paulus II. qui maximè ornaméta Pontificia excoluit, Regnum gemmis, auroq; diſtinctum mirum in modum decorauit, cum omnibus alijs dignitate antecederet. Quare vt meo munere defunctus videar, Cæſar Coſta (libro 1

varia-

variarum ambiguitatum, cap. 1 ſolū huius rei veritatē quaſi per tranſennā aſpexit. Nā neq; triplex corona, à tribus illis, quas ipſe exiſtimauit cauſis, duxit originem, neq; ad tituli myſticam ſignificationem reuocari debet; cum hæ rationes parum ponderis & auctoritatis obtineant apud illos, qui veritatem per ſe ipſam inquirunt.

IOSEPHI
STEPHANI EPISCOPI
VESTANI
ORATIO PHILIPPI II.
nomine habita.

AD SIXTVM QVINTVM Pont. Max.

CVM primum Dei immortalis beneficio ac munere, & huius ſacri Senatus iudicio atque conſenſu BEATISSIME PATER, ſummam hāc totius Eccleſiæ prouinciam te ſuſcepiſſe cognouit PHILIPPVS HISPANIARVM Rex Catholicus, gratulatus eſt orbi, cuius ad ſalutem electus fuiſti; gratulatus religioni, cui reddes priſtinam dignitatem; gratulatus Italiæ, quam in otio & quiete ſeruabis; gratulatus prouincijs, quas ab hæreticorum vaſtatione laceratas, in hoc ruentis ad deteriora, ſæculi curſu defendes; deniq́ue gratulatus Hiſpaniæ, in qua multarum prouin-

ciarum opes ac præſidia conquieſcunt. Quæ omnia cum ſumma ſint, nullum credo lumen erit tam præſtantis ingenij, nulla tam copioſa ad dicendum & ornandum oratio, quæ publicam hanc lætitiam, omnium oculis animiſque conceptam poſſet exprimere, niſi tuus iſte conſpectus multo ornatiſſimus me ad ſpem dicendi erigeret; & hęc totius orbis alacritas campum latiſſimum daret, vt in eo liberiùs excurram. Nam cum dies feliciſſimus orbi terrarum illuxerit, in quo te Deus ſummus ad beatū huius ECCLESIAE culmen euexit, ſalutarem quidem vniuerſis, & optabilem principatū, hoc præclaro SIXTI nomine auſpicatus es; quo excitatis ad memoriam ſuperioris ętatis omnibus ordinibus, vſque adeo ex illius recordatione, carus populis, carus principibus exiſtis, vt omnes non ſolum titulo, ſed vitæ quoque honeſtate ac magnitudine animi, magnos illos atque excelſos huius nominis Pontifices, ſibi redditos iudicent. Amat certè multitudo maiorum honeſtatem, conciliant principum animos vel felicia illa auſpicia, quibus ſolent inaugurari Pōtifices; permouet mentes ac voluntates ſanctiſſimorum hominum recordatio; quæ cum à te & nomine & moribus renouatur, iam quidem illos in ſanctorum cœtu ac numero repoſitos huius nominis Pontifices, tui cauſa nobis præſentes, ac propitios credimus.

Quod felix auſpicium, præter veterem con

ſue-

ſuetudinem ab Hiſpaniæ regibus repetitam ac relatam, etiam fuit in cauſa, quam ob rem PHILIPPVS potentiſſimus Rex, vt ſuę dignitati, & huius ſanctæ Sedis amplitudini reſponderet, huc Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum virum IOANNEM Fernandez de Velaſco magnum Caſtellę Comeſtabilem, Ducem Frias, ac Regij cubiculi Præfectum, maiorum quidem ſuorum laude præſtantem, ſed magis in hanc ſanctam Sedem pietatis ſtudio inflammatum tranſmiſerit; vt incredibilem illam quam cepit ex tui electione voluptatem, ille tam quam præſens, per hunc ſuum Oratorem exprimeret.

Habent enim Hiſpaniarum Reges & cum eis vniuerſa prouincia, præter militarem virtutem ac laudem, qua maxime nobilitantur, inſitam ac quaſi innatam fidei pietatem, per quam omnia ſuſcepta conſilia ad hanc ſanctam referunt Sedem, vt in ea tamquam in firmiſſimis totius regni viribus ac munimentis inſiſtant. Quæ pietas [a] cum à Iacobo primum & Paulo Apoſtolorum columnis, tum deinde à [b] ſeptem ſanctiſſimis viris, quos B. Petrus Apoſtolorum princeps ex hac Vrbe de fide & pace legauerat in Hiſpaniam, fuiſſet inducta & illata; vſque adeo altius radices agere, & Antherij, Lucij, Sixti ſecundi, Melchiadis & aliorum Pontificum epiſtolis & inſtitutis propagari cœpit, vt numquam in ea prouincia hęreſes ortæ, ſed aliunde inuectę, numquam im-

a Iſidorus de uita & morte ſanct. cap. 71. 73. & 83

b Greg. vij. in regeſto.

pie-

pietatis monſtra, quæ eius ſumma laus eſt, aut ibi nata, aut excitata fuerint. Intulit quidem *c* ex Aegypto in Hiſpaniam Marcus quidam Memphi ortus, ſuperſtitionem Priſcilliani exitiabilem ſecretis quibuſdam arcanis occultatam. Ex Narbonenſi prouincia *d* Vigilantius plurima apud Calagurrim & Barchinonam inuexit incommoda. Irruit preterea ex *e* vltimo littore Oceani, & dirempta frigoribus plaga, gens a rerum natura bene relegata, ſtolida viribus & indomita feritate, quę cum vaſtitatem agris, ſolitudinem iuuentuti, periculū prouinciæ ac pene exitium attuliſſet, plurimos quoq; impuritatis errores intulit.

c *Seuerus Sulpicius lib. 2 hiſt. Hierony mus cap. 64 in Eſa iam.*

d *Gennad. c. 35. Hieronymus.*

e *Iſidorus in chronico Gothorum.*

Sed licet hæc recordatio in hac communi lętitia nōnihil animos commouere videatur, decet tamen illorum temporum acerbitates quaſi pendente manu contingere, vt noſtrorum hominnm uirtutem ac religionem explo ratius indicare poſſimus. Ergo non defuere ea tēpeſtate pijſſimi Reges, qui coactis huius ſanctę Sedis auctoritate quamplurimis ſynodis, illam dedecoris maculam hoſtili ferirate ſuſceptam, delerent, & errores ex animis eriperent. Aſpexit tunc clementiſſimus Deus placido vultu noſtram Hiſpaniam, quam non ſolum ſanctiſſimorū epiſcoporum, qui in ea floruerunt inſtitutis illuſtrauit, ſed etiam nouorum hominum illuuie paulo collapſam, epiſtolis Cyritij, Hormiſdæ, Gregorij, quas in Hiſpaniām tranſmiſerant, breui reſtituit.

S. Eulogius, & Rodericus Toletanus. Iam quidem tunc curſu tranquillo, à pijs ductoribus gubernabatur, iam pacata & reſtituta prouincia Romanę religioni colla ſubmiſerat, cum de repente ingens procella, ac ſæuus turbo tranſmarinæ feritatis, illam ſubita tempeſtate peruertit. Dici vix poteſt, quanta celeritate hoſtes omnia conuulſerint, quibus etiam viribus Hiſpaniæ generoſa propago, conſtituto Pelagio rege, è montuoſis & aſperis locis, quidquid hoſtium in ea prouincia erat, paulatim non aliena regũ ope ac viribus, ſed ſua virtute fugauerit, ſubmouerit, expulerit, deleuerit. Semper enim Hiſpania à multis nationibus afflicta, abundè magnas calamitates pertulit, ſemper etiam à ſuis hoſtibus ſe ipſam eripuit atque ſeruauit.

Sed quemadmodũ ſeueri patres filijs, quos diligunt ſeueriores ac triſtiores ſunt, vt per experiméta laborũ excitét ad gloriam, ita Deus Opt. Max. Hiſpaniam plurimis laboribus & difficillimis téporibus exercuit, vt eam huius ſanctæ Sedis preſidio, & auctoritate multarum gentium & prouinciarum aptaret imperio. *Nicephorus Gregoras lib. 4.* Quod cũ iam antea ſub Petro, & Ildefonſo aditum in varias prouincias aperuiſſet, & à Ferdinando rege Catholico in vaſtiſſimas noui orbis regiones late propagaretur, tandẽ CAROLVS Quintus feliciſſimus Imperator, eas Hiſpaniæ rebus, & fortunarum & dignitatis acceſſiones fecit, quas omnes nunc ſub vno PHILIPPO Catholico Rege conſpicimus. De quo

cum

cum aliquid dicturus ſim, faciam profecto id, quod ſolent ſitus terrarum pictores, qui breui ac rudi deſcriptione, totius orbis imaginem ac magnitudinem amplectuntur.

Sed quod nunc ego dicẽdi genus inſtituto, cum ſummas ex ſumma rerũ copia & magnitudine patiar difficultates? Nam quis vnquã regum poſt hominum recordationem, maiorẽ Hiſpano nomini peperit gloriam? Quis vel per legatos plura bella confecit? Quis plures vrbes partim vi, partim obſidione cepit? Quis hæreticos vt Romanæ fidei reſtitueret, maiori conatu expulit, eiecit, oppreſſit? Quis vltra terminos rerum, metasq; naturæ huius ſanctæ Sedis fidem extendit, vt ad illos primæ lucis incolas, & in ipsũ ſi quod Soli cubile eſt, Euãgelij prędicatio feſtinaret? Calcauit, calcauit iam tumentes ac ſæuiẽtes vndas omnes Oceani, iam PHILIPPI potentiam maris vnda contremuit: iam ab eo victa elemẽta ceſſerũt.

Sed mitto nunc nauigationes, pugnasq; nauales: prætereo expugnationes oppidorum, & prouinciarum fidei potiſſimum cauſa ſuſceptas: venio ad ea quæ noſtra ſunt, ideſt, Hiſpaniæ propria, quæ quia præſentia, & quaſi omnium manibus iactata & excuſſa, breui commemoratione percurram. Adiecit igitur, vel potius ſuæ ditioni reſtituit Luſitanię Regnum ampliſſimum, quod ex legitimo & hereditario iure ſuſcepit, omniaque impedimenta virtute induſtriaque ſuperauit. Oceanum præterea incurſione præpeditũ ac præcluſum aperuit,

Orientem cũ Occidente coniunxit,& cęli ter-
ræ q; marginibus ſuum imperium terminauit.
Hæc quidem ſumma ac feliciſſima ſunt, illud
tamen in maximã ſuæ felicitatis partem ducit
PHILIPPVS, quod te SIXTVM QVINTVM
felicem Pontificem viderit, à quo totius orbis
ſalus, Hiſpaniæ vero decus & ornamentũ pro-
uinciarum omniũ incolumitas expectãda eſt.

Enimuero ſi rerum memoriam vltimã repe
tamus, ſemper ſub huius nominis Põtificibus
multa Hiſpaniæ fauſta & fortunata acciderũt.
Nam ſub SIXTO primo, cum imperium tene-
ret Hadrianus Auguſtus Italicæ in Hiſpania or
tus, illa ſecũdiſſimis auſpicijs vaticinatio a fa
tidica puella prænunciata, veritatẽ obtinuit,
oriturum quandoque ex Hiſpania principem
dominumque rerum.

Metaphra ſtes. *Prudẽtius Periſtepha.* Sub Sixto ſecũdo, qui Hiſpanos epiſtolis in
ſtituit, Laurentius martyr non ſolum Hiſpa-
niam, in qua ortus & educatus erat, nobilita-
uit, ſed etiam hic Romę proprij ſanguinis pro
digus, monſtroſis Dijs fidei iugũ impoſuit. Cu
ius quidem erga S. SIXTVM PONT. pietas,
fletus, ſtudium mortis intentius, ne a parentis
latere diuelleretur, ſatis aperte indicabant, fu
turos aliquando Hiſpanos, qui nullas defuge
rent vitæ dimicationes, vt hanc ſanctam Sedẽ
proprio cruore defenderent. Sub Sixto ter-
Iſid. in chr. Gotho. Era. 467. tio, Turiſmundus Hiſpaniæ Rex Attilam, qui
omnia humana atque diuina impuriſſimo ſce
lere commaculauerat, ea aggreſſus eſt virtute,
vt illius delerit exercitum. Sixtus Quartus, Ca

tho-

tholicum nomen quod noſtrorum Regum eſt proprium,& in concilijs Toletanis inſtitutum, & ab Ildefonſo primo propagatum;huius ſanctæ Sedis auctoritate, Ferdinando & Elizabethæ ad indicandã eorũ fidei pietatem, confirmauit;Sanctæ Inquiſitionis officium inſtituit, ſub quo non patitur Hiſpania illos fluctus & turbines, quibus multæ prouinciæ; magna & miſerrima fortunarum & fidei naufragia pertulerunt. Quid igitur ab Optimo & religioſiſſimo Põtifice,& vitæ ſanctitate,& doctrina mirabili expectandum erit? Quid nũc a PHILIPPO ſub tali Pontifice, & virtutis & laudis exigendum? Habes,habes SIXTE QVINTE PHILIPPVM Laurentij imitatorem, cui templa ampliſſima erigit,huius ſanctæ Sedis & tui nominis ſtudio inflammatum,alterũ Conſtantinum, alterũ Theodoſiũ, vt pro fide & religione opes vitãq; profundat. Habes hic genu nixũ, a te diuina atq; cæleſtia oracula poſtulantẽ; qui vt ſuę religionis & fidei ſtudio ſatisfaciat,tuęq; paternę pietati, phos ſuos oratores, CVLTVM, OBSEQVIVM, REVERENTIAM ET OBEDIENTIAM, quam CatholiciPrincipes huic S.Sedi exhibere ſolẽt, ſũmo ſtudio exhibet,ſũma pietate defert,tibiq; legitimo B.Petri Apoſtolorum principis ſucceſſori,ſe ſuaq; omnia regna,prouincias,opes ampliſſimas ſua ſpõte ſubmittit atq; offert,vt ſemper id quod modo pollicetur,eximia ac ſingulari virtute perficiat.

Ab hoc loco vſq; in fine Oratores genuflexi per ſtiterunt.

DIXI.

ANTONII BVCCAPADVLII Secretarij Apoſtolici, Sanctiſſ. D.N. Sixti V. nomine reſponſio.

DE tota hac legatione, multis nominibus celeberrima, & PHILIPPI Regis Catholici legantis maieſtate, & Legati dignitate, & orationis verborum ſententiarũq; grauitate, ſic ſtatuit S. D.N. Vere a ſapientibus traditum eſſe, a perfectiſſima facultate atque habitu, perfectiſſimam quoque actionem exiſtere. Non fuit contentus PHILIPPVS communi Chriſtianorum Regũ more teſtificari ſuam perpetuã erga Sedem Apoſtolicam, Romanumq; Pontificem obedientiam litteris, legatione, oratione, ſed, vt eſt eximia quadam pietate, & non tam veteri, maiorumq; ſuorum perpetuo, ſemperq; retento nomine & titulo, quàm ſuo ipſius merito & zelo vere Catholicus, voluit ad ea, quæ ſibi eſſent cum cæteris communia, ſuam quoque propriam & ſingularem huius obedientiæ declarandæ rationem accedere. Itaque ad eas, quas modo recitaui litteras, addidit has quoq; alteras, a ſcriba ſuo iuſſu confectas & conſignatas, curauitq; vt extarent paterentq; omnibus ad pietatis memoriam ſempiternam. Quibus litteris ſic profitetur, velle ciuitates, prouincias, regna & quidquid vbique terrarum imperij poſſidet, ab Oriente Sole ad occidentem,

S. D. N. SIXTO V. poſterioribuſque Romanis Pontificibus obedire; quod idem in ſuperioribus ſemper voluit egitque. Neque hoc ſibi minus glorioſum ducit Catholicus Rex, quam grauiſſimum longiſſimumque bellum ſuis in prouincijs catholicæ fidei retinendæ ac tuendę cauſa ſuſtinere; extra enim cauſam nullum iamdiu eſſet in Belgis bellum. Sed recuſat Rex eos pacatos habere, qui inſitas cum Romana catholicaq; Eccleſia inimicitias gerunt: neq; patitur eos ſuos dici, qui recuſant eſſe ſecum Romano Pontifici Chriſti Vicario ſubiecti. Fruatur Catholicus Rex quamdiutiſſime ſuo hoc tam proprio, tamque excellenti bono; habenti, hoc eſt Dei beneficijs recte, atq; ad ipſius Dei gloriam, vt oportet vtenti, largiatur idem Deus ampliora; vt abundet, affluat in dies magis opibus, potentia, gloria, omni denique pietatis fructu, atque omni felicitate. Hæc Regi precatur S. D. N. & hoc tempore in accipienda, vna cum his venerabilibus fratribus ſuis S. R. E. Cardinalibus, tam alacri illius obedientia, & antea precatus eſt, nec deinceps ceſſabit.

INDEX EORVM, QVAE NOTATV DIGNA VIDEBANTVR.

A

ABBATIBVS *pedum oſculatio delata. pag.* 64

Abgarus Thadæo adorationis reuerentiam præſtat. 59

Accidere ad pedes quid ſignificet. 13

Adorare quid ſignificet in Euangelio. 42

pro ſalutare aliquando ſumitur. 166

adorari quis propriè dicatur. 3

adorandi mos in Eccleſia ab initio ſeruatus. 35

Adorandi etymologia. 3

Adoratio & Latria in quo differant. 41

non ſolum Deo, ſed etiã hominibus defertur, diuerſo tamen modo. 40.

adorationis cultus quibus exhibitus. 38

eius vſus ex timore, gratia, & deſiderio. 29

Adorare ſacram purpuram quid ſit. 12

Adorandi imperatores conſuetudo. pag. 13

adorationis modus apud gentes, & eius antiquitas. 1. & ſeq.
adoratio pedum Summi Pontificis aſſeritur, 10. & ſeq. & 158. & ſeq.
Adrianus Imperator genua ſibi oſculari paſſus eſt. 8
Adrianus iij. à Græcis ad nos imperium tranſtulit, 106
Alexander magnus pronus in terram Ioiada Pontificem veneratur. 70
Alexander iij. ob præclarum factum, quo Federicum pede calcauit, commendatur. 75
Anaſtaſius excommunicatus à Symacho. 122
Andreæ ad pedes multi ſe populi demittunt. 58
Angelus cur Ioannem prohibuit, ne ad ſuos pedes procumberet. 162. & ſeq.
Antoninus imperator adorari voluit Perſarum more. 8
Apoſtoli ſummum principatum in regno Chriſti adepti. 52
quàm eſſent apud gentes admirabiles: 55
quando ſerpentes calcare dicantur. 54
eis oſculationis pedum cultus exhibitus. 52. & ſeq.
Archadius excommunicatus ab Innocentio. 122.
Auguſtini ad genua multi inclinantur. 64

B

BASILIVS Imperator à ſacerdotibus calcari exoptat, & eius verba in Synodo octa-

octaua. 75.
Benedicere quid ſit. 114. *& ſeq.*
benedicere ſalutare ſignificat. 120
benedicimus nos Deũ, & Deus nos, et quomodo. 114
in benedicendo crux manu ſiniſtra non eſt formanda. 119
Benedictio epiſcopalis quando conferebatur. 121.
eam daturi epiſcopi, quomodo populo ſilentium indicerent. 117. *& ſeq.*
benedictio qua diſpoſitione manus, a Græcis & a Latinis detur. 118
eius forma. 115. *& ſeq.*
ſine crucis ſigno non præmittebatur. 116
Benedictionalis liber in omnibus Eccleſiis fuit, & quid contineret. 121
Benedicere præſente epiſcopo, poſſint ne presbyteri. 120
Birrhus quid. 28
Boia apud eccleſiaſticos auctores quid ſignificet. 66

C

CAecus Rauennæ ad pedes ſancti Apollinaris prouoluitur. 60
Calceos gemmis ornatos Diocletianus deferebat. 8
Calceos auro & gemmis diſtinctos Carolus Magnus induit. 146
Calceis epiſcopi a diaconibus exuuntur. 61
Calcei papæ cruce ornari debent. 144
Cocco bis tinctos Patriarchæ Conſtantinopolitani detu-

detulerunt 147
Sericis vtebantur Conſules in publico. 146
Lineis cur iam non vtuntur Romani Pontifices. 148.
Cardinales cur poſt oſculationẽ pedum,in electione Rom. Pontificis,deinde inter Miſſarum ſolemnia manus vel os oſculantur. 161. & ſeq.
Super eis totius orbis cura eſt poſita. 262
Carolus magnus Adriani pedes amplectitur. 134.
Carolus V. pedes Clementis vij. oſculatur 142
Claui Chriſti diademate deferuntur. 151
Chriſtiani, imperatorum imagines adorabant, 16. & 19.
Colobium indumentum regale. 27
a Dalmatica parum differt ibid.
Compagum regium quid. 146
Conſtantinus magnus primus Rom. Pont. veneratus eſt. 130
eius & aliorum imperatorum pietas in Rom. Pont. 32. & ſeq.
in Concilio Nicæno epiſcopis ſe ſubmiſit. 111.
mutila epiſcoporum membra oſculatur. 63
Cornelius cẽturio ad pedes Petri venerationis cauſa corruit. 56
cur a Petro humo erectus. ibid.
Corona duplex inter triumphandum 177
radiata qualis eſſet. ibi.
Corona Solati, cur ſanctorum imagines depingãtur 178.

178.& ſeq.
aurea à principibus honoris cauſa geſtata. 176 & ſeq.
Regnum quo vtuntur Pontifices, vnde duxerit initium. 182. & ſeq.
Symbolum eſt imperij. 186
Corona triplex Pontificis capiti iure aptata. ibid.
Coronatio Pontificis à priſcis tēporibus orta. 185
coronatio, & conſecratio Imperatoris idem ſunt. ibid.
Crux ſiniſtra manu formari non debet. 119
Crux Chriſti fronti & pectori cur figitur. 152.
in ea myſteria omnia & ſacramenta continentur. 153
eam affigi pedibus Romani Pontificis, antiquum eſt. 156. & ſeq.
de eius adoratione teſtimonia. 150
Cubiti forma quid denotaret. 18
cubiti formam in Eccleſiam deferri Conſtantinus ſanciuit. ibid.
Cultus quid, & quid differat ab honore. 69
externus cur hominibus deferatur. 88.

D

DAlmatica veſtis deſcribitur. 27
Dalmaticatus Imperator quomodo. Ibid.
Diaconus cur manus Epiſcopi inter Miſſarum ſolemnia exoſculatur. 125
ipſe & Subdiaconus cur pedes, & non manus Rom. Pont. oſculentur. 46

Dia-

Diaconorum indumenta regalia. 26
Diocletianus adorandi conſuetudinem in commu- nem Romanorum vſum induxit. 8

E

Eccleſia Romana quantum dignitatis ſit aſſecuta. 23
eius dignitas & poteſtas. 84. & ſeq.
ſibi reluctantem coercere poteſt. 53
in eam, ex gentium more, multa ſine tyrannide inducta. 23
Eduardus Rex Anglorum Nicolao ij. per literas obedientiam præſtat. 94
Epiphanius ab Eudemone, & Ioanne Hieroſolymitano pedum amplexu colitur. 64
Epiſcopi omnes Romano Pontifici ſubiecti. 85. & ſeq.
Romano Pontifici obedientiam polliceri debent. 86
& Romani Pontificis pedes oſculari ſoliti. ibid.
eorum dignitas quanta ſit ex Sancto Ambroſio. 123
eis vt ſe homines ſubmittant, & manus oſculentur, verè conuenire. 110. & ſeq.
eis à Principibus gentium, cultum exhiberi, quàm fuerit conſentaneum. 62. & ſeq.
Epiſcopis eadem cum Apoſtolis reuerentia à gentibus exhibita. 66
externum ornatū vnde ſint aſſecuti. 31. & 32.

apud

apud Græcos pullati incedebant. 30
quo geſtu compoſiti ſilentium indicerent populo. 117
Euphemius Patriarcha laudatur. 100
Euangelium lex ignea dicitur. 71
Exomologeſim peragendi modus. 73. & ſeq.

F

Federicus ij. ab Innocentio iiij. imperio deiectus 108.
idem ad Innocentium litteras obedientiæ tranſmiſit. 93
Federicus quod ſtapedam Adriani iij. tenere recuſaſſet, ab oſculo pacis excluſus eſt. 133
Furij Camilli factum. 14
Formula litterarum quę ad papam tranſmittantur 139.

G

Genibus aduolui ſiue ad genua accidere in vſu fuit apud antiquos .5. & ſeq.
Gregorius xiij. anno Iubilei decem millia hominum vno die ad pedum oſcula admiſit 79
Græcorum ſcriptorum conſuetudo Latinis infenſa. 123.

H

Hæretici maledicuntur à ſcriptura. 50
Romanæ Eccleſiæ detrahere contendunt. ibid. & ſeq.
Henricus iiij. oſculatis pedibus Rom. Pont. ei obedientiam detulit 90. & ſeq.
eiuſdem factum. 76

Henri-

Henricus v. quibus verbis Romano Pont. obedientiam promiſit 92
Hermannus Comes Nuenarius refellitur. 107
Hiſpaniæ Regum in epiſcopos & Eccleſiam pietas pag. 63.
Honor quid ſit, & quid a cultu differat. 69

I

Iacobi pedibus, Hermogenes & Ioſias aduoluuntur. 58
Icona cæſarum quid 18
Imagines, qua conſuetudine obſeruata, populi adorauerint 21
earum pectus labere & oſculari amicitiæ ſymbolum fuit 22
Imperatores adorari ſoliti 11. & ſeq.
eorum imagines populi coluerunt 16. & ſeq.
& qua de cauſa eorum imagines ſacræ dicerentur. 17
cur illis vitio tribuatur, conatus ſuos malis artibus occultare. 20 & 21
Romano Pontifici obedientiam deferre debent. pag. 90.
Suis priuilegijs vti non poſſunt, ſi Romani epiſcopi monita contemnant. 108
Solius Pontificis pedibus oſcula impreſſerunt, & quare 126
Iuramento fidelitas & obedientiæ parere Romano Pontifici coguntur. 93
Imperatores et reges multi a Pontificibus excommuni-

municati. 122. & ſeq.
Ioannes Apoſtolus genibus flexis adoratur. 58
Ioannis Cuſpiniani error de adoratione pedum Romani Pontificis. 9
idem refellitur. 10. & ſeq.
Ioannis Fernandez de Velaſco, Caſtellæ Comeſtabilis legatio ad Sixtum V. pro Philippo Hiſpaniarum Rege. 143.
Iulianus apoſtata ſuam imaginem vna cum Deorum ſimulachris adorari voluit. 19
Iuramentum fidelitatis quid ſit. 94
Iuramenti Romano Pont. præſtandi forma. 97
Iuſtinianus Conſtantini Papæ pedes exoſculatur. 130
Iuſtinus ſenior Ioannis Pontificis pedes adorat. 128
Iuſtitia virtutum omnium regina. 88

L

Labarum quid. 150
Laicis in Eccleſia ſedere non licuit, ſed ſolis ſacerdotibus. 78
Latria quid differat ab adoratione. 41
ſoli Deo debetur. 162
λατρεία, & λάτρις quid. 40. & ſeq.
Latus clauus quid. 27. & ſeq.
purpureus ab Epiſcopis deferebatur. 27
Lauratum quid ſignificet. 17. & 18
lauratæ imagines quorſum in Eccleſiam inferri ſolitæ. 18

lau-

lauratæ litteræ quæ. 18
Leonides pater Origenis cum veneratione nudatum pectus pueri oſculabatur. 5
Leontij factum. 112. & 113.
Lingere quid, & qui terrã lingere dicerentur. 36
Litteræ Pontificiæ cur capiti imponuntur, cum alicui exhibentur. 88
Lorum quid. 184
Lorum differt à phrygio. 184
Ludouicus Imperator à dignitate priuatus. 105
Ludouicus Lotharij filius Sergij Papæ pedibus obuoluitur. 135
Ludouicus Imperator à ſacramento fidelitatis abſolutus. 107
Luitprandus Longobardorum Rex Leonis pedes oſculatur. 135

M

Macharius veſte imperiali à Conſtantino indutus. 26
Manuum adoratio. 2. & ſeq.
Manuum oſculatio Epiſcopis defertur. 110
Marcus Antonius diadema capiti Cæſaris imponens odium populi in ſe concitauit. 15
S. Martialis à Nerua adoratur. 60. & 61
S. Martinus pedũ oſculatione à valentiniano cultus. 62
Martini Aragoniæ Regis pænitentia. 123
Martyres oſculatione pedum culti. 64
Maximinus Iunior Imper. manum, genua, & pedes

des ſibi oſculari paſſus eſt. 8
Menſæ accubitus antiquo more 43
Mitra quid 181
à quo origenem duxerit ibid.
Phrygum propria eſt 183
ea Iacobus frater Domini ornatus 181
Militiæ ſacramētū quibus verbis conciperetur 11

N

NAbuchdonoſor apud Danielem in faciē ſuam cecidit. 69
Natalis profeſſor ad pedes Zepherini Pontificis proſtratus 74
Nicolaus primus Lotharium, & Michaelem imperatores Chriſtianorum communione priuauit. 122

O

OBedientia in ſolis maioribus debetur. & multa de ea. 81. & ſeq.
eius partes quæ ſint. & eædē in Pontifice Rom. coniunctæ 82. & 83
differt ab obſequio 80. & ſeq.
Orarium vnde dictum 3
Oratorium pro Eccleſia frequens eſt Baſilio 72
Origenis pueri nudatum pectus pater cum veneratione oſculabatur 15
Oſculandi conſuetudo apud veteres 4. & ſeq.
oſculandi pedes Rom. Pont. priuilegium inter alia eiuſ-

eiuſdem priuilegia a Gregorio vij. relata 136
oſculandi ritus in conſuetudinem hominum paulatim deductus. 3
Oſculatio pedum cur aliquando maioribus exhibeatur. 68. & ſeq.
oſculatio manuum paucis, a Romanis florente repub. deferebatur.. 7
Oſculatio pedum feminis etiam ſanctiſsimis exhibita. 65
Oſculatio pedum poſt Gregorium vij. omnibus Pontificibus delata. 178
Oſculatio pedum pro formula ſcribendi ad Romanũ Pont. regum omnium vſu ſancita. 139. & ſeq.
Oſculatio pedum Rom. Pont. fruitio pedum à Photio dicitur. 48
Oſculum, baſium, & ſuauium, quomodo à Latinis diſtinguantur. 4
Oſculum manibus et pedibus figere, in vſu fuit apud exteras nationes. 5. & ſeq.
Oſcula epiſcoporum manibus, venerationis cauſa impreſſa. 123. & ſeq.
Oſculari idem eſt cum adorare. 2 & 3
Oſculatio capitis & pectoris vetuſtiſſima. 4. & ſeq.
oſculandi genua vetuſtus mos. 6

P

PAllium Archiepiſcoporum quid. 184
Papæ priuilegia quæ ſint. 136
Papæ pedes Chriſti exemplo oſculamur. 46
Papa vſque ad pedum oſcula dicitur Romanum Imperium

perium conculcaſſe. 54
Papa nihil manibus debet accipere, ſed omnia eius pedibus proſternuntur. 55
Papa cur crucem pedibus deferat. 152
Papa olim curru deferebatur per vrbem. 172
Papa ſella vehebatur antiquitus. 174
Pa pa cur Mitra & Regno vtatur. 182
Papæ pedes omnes Imperatores & Principes oſculantur, vt ex varijs hiſtorijs conſtat. 126
Papirij Maſſonis argumentis reſpondetur, & eius ſententia confutatur. 155. & ſeq.
Parthorum mos in Regibus oſculo pedum venerandis. 7
Pedum oſculatio apud externas nationes conſueta. 5. & ſeq.
Pectoris adoratio quæ. 4
Perſæ ante pedes procumbere ſolebant. 3. & 6.
Petrus oſculo pedum, cultus gratia, à gentibus adoratur. 57
ad eiuſdem veſtigia Clemens Romanus voluttatur. ibid.
ad eiuſdem pedes multi proruunt. 57. & ſeq.
Petrus Rex Aragoniæ apud ſanctum Pancratium à Rom. Pontifice coronatur. 139. & alia de eo ibid.
Petrus Aragoniæ Rex à Martino iiij. regno abdicatus. 108
Philippus ij. Hiſpaniarum Rex multis Romanis Pontificibus, per legatos ſuos, obedientiam præſtitit. 142. & 143
Phrygia tiara pontificum. 183

Phrygium, & lorum in quo differant. 184
Pipinus Stephanum papam Conſtantini exemplo veneratur. 132
idem pontificis pedibus oſcula figit. 134
Pœnitentiæ ritus accipiendi lapſos à Cornelio pontifice inſtitutus. 78
eis tempus præſcriptum. 72
eis locus aſſignatus, fletus ſeu ad ploratus dictus. ib.
Pœnitentibus neceſſarium omnino eſt ſacerdotum pedibus obuolui, eorumq; iudicium ſubire. 72
eorum forma ex Nicephoro. 77
Polycarpo calcei venerationis cauſa detrahūtur. 61
Pontificis Romani dignitas 83
ei oſcula pedum deferenda ex euangelio. 4. & ſeq.
quàm merito ei pedum oſculationis cultus tribuatur. 71
Pontifices Romani Dei vice coli, & obſeruari debent. 88
poteſtatem abſoluendi à iuramento fidelitatis, & transferendi regna habent. 107. & ſeq.
cur crucem calceamentis addiderunt. 152. & ſeq.
olim per vrbem vehiculis deferebantur. 172
eorum humilitas in eo maxime commendanda, quod crucem ſandalijs affixerunt, & quare. 149
Principes cur ſuos Oratores ad ſedem apoſtolicam tranſmittant. 98
principes ſæculares quid Romano pontifici per obedientiam polliceantur. 95. & ſeq.
Προσκυνεῖν quid ſignificet. 3. & ſeq.
Purpura olim ſummi ſplendoris inſigne. 25
Regiæ maieſtatis inſigne. 109

purpurea veſtis Romanis pontificibus fuit familiaris. 26

R

RAchis rex Zachariæ pedes amplectitur. 135
Rainerius Schein refellitur. 98
Regalis vnctio vnde. 109
Reges obedientiam Rom. Pontifici polliciti, ex animo exhibuerunt. 94
multi à Pontificibus coronari voluerunt. 102
eis pro peccato commiſſo pœnas imponere, ad Rom. Pont. ſpectat. 108. 109
Regna cur à Domino inſtituta. 96
Reuerentia quid ab obedientia differat. 82
Romanus Pontifex cur humeris deferatur, & huius rei antiquus mos. 170. & ſeq.
Romanus Pontifex geſtatus humeris ex Iſaiæ prophetia. 175
de eodem alia quære in P.

S

SAcerdotes à Conſtantino magno ornamenta imperialia ſunt aſſecuti. 26
regum inſignia, & imperij ius legitimum dederunt. 99. & ſeq.
noui & veteris teſtamēti quò differant. 121. & ſeq.
ſacræ Imperatorum imagines cur dictæ. 17
Salutatorium quis locus eſſet. 119. & ſeq.
Sandalia cruce inſignita iure à Romano Pontifice geſtari. 144. & ſeq.

ſandalia Rom. Pont. & aliorum Epiſcoporum peculiari ornatu diſcreta. 148
et alia de illis ibid.
Saporis Regis Perſarum factum. 96
Sella geſtatoria Rom. Pont. 173
Sellare quid ſit. 173. & ſeq.
Sigiſmundus Benedictum xiij. nondum dignitate abrogatum oſculatione pedum coluit. 141
idem Martinum V. humeris extulit. 141. & ſeq.
Simeonis Bulgariæ regis factum. 114
Siſenandus Hiſpaniæ Rex quantum Epiſcopos coluerit. 63
Socculo aurato Imperatores ſunt vſi. 146
Stephanas ad pedes Pauli & Silæ iacuit. 56

T

Theodoſius laudatur. 63
quos ſibi honores exegerit. 17
eius pœnitentia. 78. & 122
Thomæ Apoſtoli pedes Mygdonia oſculatur. 59
Tiara recta à Perſarum Regibus capite geſtata. 179
Tribunal Eccleſiæ quid ſit. 120
Traianus à Decebalo Dacorum Rege adoratus. 8
Traianus ſuam imaginem inter Deos adorari voluit. 19
Tuphus quid. 180

Valen-

V

V*Alentiniani verba de quodam Epiſcopo eligendo.* 111

Veſtis albæ nitor libertatem denotat. 30

pullata à Siſinnio primum abiecta. ibid.

alba cur vſi ſint Epiſcopi. ibid.

Veſtes variatæ cur Epiſcopis prohibitæ. ibid.

earum ornatu apud Græcos diſtincti, qui publica munera gerebant. 29

pretioſis cur vſi, qui in Eccleſia publicam perſonam ſuſtinuerunt. ibid.

Vdones Pontifices Romani ad ornandos pedes à Conſtantino acceperunt. 147.

FINIS TABVLAE.

pag. 2. lin. 28. hanc verò conſuetudinem apud Græcos maxime viguiſſe, docet Lucianus de Saltatione. καὶ Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχονται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες. Indi quidem cum mane ſurgunt, ſolem adorant, nõ tamen quemadmodum nos inter adorandũ facimus, oſculantur manũ.

pag. 6. lin. 24. Id quoq; veterum ſacerdotibus familiare fuit; Apuleius lib. 2. de Aſino: Et cum dicto iuuenem quempiam linteis amiculis inte ctum, pedeſq; palmeis baxeis indutum, aduſq; raſo capite produxit in mediũ. Cuius diu manus deoſculatus, & ipſa genua cõtingens, miſerere, ait, ſacerdos; miſerere per cæleſtia ſidera.

pag. 117. lin. 25. Ac ſic aggeratis (inquit Apuleius. lib. 2.) in cumulum ſtragulis, & effultis in cubitum, ſubrectuſq; in torum, porrigit dexteram, & inſtar oratorum conformat articulum: duobuſq; infimis concluſis digitis cæteros eminentes, porrigit, & in feſto pollice, clementer ſubringens, infit.

pag. 125. lin. 8. Meletium Antiochenum epiſcopum, quẽ Theodoſius Imper. per ſomnium ſibi coronam imperii aptãtem aſpexerat, ne ex facie quidem notum, tamen ex ſpecie quam animo retinebat, agnouit, & veneratus eſt: quẽ officii cauſa oſculatus, eius deinde oculos, pectus ſacrum, caput, & tandem manus amplectitur; vt Theodoritus lib. 5. cap. 6. ita deſcripſit: Theodoſius ad magnũ Meletium cęteris omnibus relictis accurrit: & veluti filius patris amãtiſſimus, diu admodum paterno aſpectu frui cupit, eumque complecti, oculos, labra, pectus, caput, & dexteram, quæ coronam ei impoſuerat, oſculari cœpit.

pag. 132. lin. 27. ſed hic honor etiam inter alios, obuio facto magiſtratui exhibebatur, vt omnes aut equo aut curru deſcenderent. Arnobius lib. 7. vt ſi quiſpiam viſo potentiſſimi nominis, atque auctoritatis viro, via decedat, aſſurgat, caput reuelet, vehiculoq; deſiliat: tum deinde ſalutet, acclinis ancillę, aut ſerui pauibundas trepidationes imitatus. Apuleius li. 4 Floridorum: Si quem inter ea cõſpicantur ex principalibus viris nobilem hominem, bene conſultum, bene cognitum, quamquam oppido feſtinant, tamen honoris eius gratia cohibent curſum, releuant gradum, retardant equum: & illico in pedes deſiliunt.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 6. lin. 10. pro genna, leg. genua.

p. 12. l. 8. Caſſadore, Caſſiodoro.

p. 13. l. 21. Bellizarius, Belliſarius.

p. 17. l. 26. tamqu. tamquam.

ibid. alienema, aliena.

p. 22. l. 3. cellam, ſellam.

p. 23. l. 6. vbi, adde ille.

p. 25. l. penult. ornarent, ornaret.

p. 26. l. 3. purpuræ, purpureæ.

p. 26. l. 25. ſiue, ſine.

p. 27. l. 29. purpurum, purpureum.

ibid. l. 24. quod, vt.

p. 36. l. 1. ſignificet, ſignificat.

p. 39. l. 2. dele poſt.

ibid. l. 3. anea, ante.

p. 59. Augarus, Abgarus.

p. 61. l. penult. S. Paulinus, Paulinus.

ibid. l. vlt. paratam, partam.

p. 66. l. 3. primum, nam.

p. 67. l. 4. flectibus, fletibus.

p. 74. l. 8. atque pedes, atque ad pedes.

p. 76. l. 18. exaudiri, exaudire.

p. 78. l. 20. iubeqatur, iubebatur.

ibid. l. 28. cinernm, cinerum.

p. 27. l. 21. omnes, omnibus.

p. 80. in arg. c. x. exculandos, exoſculandos.

p. 83. l. 29. Trinço, Irenço.

p. 87. l. 19. manuſcriptis, manuſcripti.

p. 88. l. 6. vbi proiectus Proiectus.

p. 89 l. 10. uix, nixi.

p. 89. l. penult. &, vt.

p. 92. l. 29. vbi promittit, promitens.

p. 96. l. 16. ſignificauit, ſignificauit.

p. 99. l. 18. ante. ſufragijs, ad de, eorum.

ibid. l. 20. eſt, ea.

p. 102. l. 1. Gedrenus, Cedrenus.

ibid. l. 10. arſpicia, auſpicia.

p. 104. l. 14. inſcriptum, inſculptum.

p. 106. l. 21. abruperunt, deturbarunt.

p. 109. l. 12. conuocarurur, conuocatur.

p. 12. l. 10. edipſi, vt ipſi.

p. 112. l. 28. ieflamato, inflammato.

p. 113. l. 26. Ptimũ, primum.

p. 114. l. profeſeſſum, ſedile.

p. 129. l. 5. & l. vlt. poſtratus proſtratus.

p. 131 l. 29. id, in.

p. 133. l. 7. prediſſequa, pediſſequi.

p. 137. l. 12. inſignis, inſignijs

ibid l. 3. ſolus, ſolius.

p. 143. l. 19. patruũ, patrum

p. 144 l. 21 inculpi, inſculpi

p. 150. l. 25. ennararunt, enarrarunt.

p. 150. l. vlt. ab, ad.

p. 161. l. vlt. Pontificis, Pontifici.

p. 163. l. 3. locis, loci.

p. 165. l. 21. negligebatur, negligebantur.

p. 173. l. vlt. inneniſſe, inueniſſe.

p. 286. l. 13. inſidiens, inſidens.